

20

1715,286-11897

EXERCITATIO HISTORICO-LITTERARIA
DE
CULTIVATIONE

ERUDITIS SINGVLARIS
CVIVSDAM LIBRI
AMATORIBVS,

EX BENEVOLO CONSENSV

INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICÆ

P R A E S E S

M. IOANNES FRIDERICVS
SOMMERLATTIVS,

Mühlb. Misn.

PUBLICAE VENTILATIONE

A. O. R. MDCCXV. D. XX. FEBR.

H. L. Q. G.

S V B M I T T I T

RESPONDENTE

GEORGIO ERNESTO WALCHIO,

Meinung. Franc.

L I P S I A E ,

LITTERIS ANDR. MART. SCHEDUL.



VIRO
ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
**JACOBO FRIDERICO
SCHILLINGIO,**

JCTO Celebratissimo Domino hæreditario in Pro-
chvitz Ocrille & Baselitz &c. Potentissimo Sarmatarum Regi, &
Electoris Saxoniæ Serenissimo a Consiliis Rationum, inque Proto-
Synedrio, quod Dresdæ floret, Assessori Spectatissi-
mo, &c. &c.

ut et
VIRO
SUMME REVERENDO ATQUE EXCELLENTISSIMO
DOMINO

JOANNI CLODIO,

S. S. Theologiæ Doctori celeberrimo, Haynenium
Pastori, & ejusdem Diecœseos Ephoro vigilantissimo meri-
tissimoque,

PATRONIS SUIS OPTUMIS MAXUMIS

HANC EXERCITATIONEM
UT DEBITAM ANIMI GRATISSIMI ARAM, AC OBSER-
VANTIÆ DEDITISSIMÆ TESSERAM
Cum Sanitatis & Felicitatis constantissimæ Voto
offere

Devotissimus Cliens,
PRAESSES.



PROOEMIVM.

Xiguum hunc tenuioris ingenioi mei foetum Tibi, L. B. traditurus sum, ne uitiam communem scribendi atque in clarescendi pruritum, (de quo valde conquesitos vide Didacum Saavedram in Idea boni Principis Symb. 21. Nic. Selneccerum in Pref. Explic. Psalm. cit. in pientissimi Jure Consulti Ahasveri Fritschii Diff. de vitiis eruditorum c. 7. Conf. Observ. Hal. T. I. Obs. I. & Lud. Petr. Giovanni, seu Joh. Petr. Ludovicig, JCrus Halensis, in Germania Princeps p. 70.) sed morem Academiarum, quo ingenia limanda magis & exercenda sunt, secutus. Hæsit avi autem diu in eligendo hoc themate, probe considerans, illud ingenio Zoilorum, qui omnia Theonino dente rodere hand erubescunt, aut eorum, qui ab Historie Litterariæ studio, quod seculo nostro maxime est in deliciis, & a Viris eruditissimis magna cum cura & labore excoluntur, animum habent alienissimum, non adeo accommodatum fore, ut placere aliquatenus queat. Et certe fateor, me a conatu isthoc qualicunque deterritum ferme fuisse, nisi a lie cause subiessent mentem meam, quibus veluti calcaribus ad motis incitatus animum meum ad scribendum ad pulissem. Congitabam enim, materiam hanc, de qua differendum, & qua ad curiosam Historia literariæ notitiam pertinet, mulis non voluntatem tantummodo aliquam allaturam, sed etiam ad commendationem Auctorum faciuram, usuique inservit uram esse illorum, qui vel desiderium, atque amorem erga optimæ notæ Au-

4 PROOEMIVM.

Dores in adolescentibus excitare student, vel de librorum fatis,
que nonnunquam plane singularia, & ob id cognitu jucunda &
necessaria sunt, quedam cognoscere avert, vel etiam qui in Au-
toribus illustrandis, vitisque erundem accuratius delinean-
dis operam suam laudabiliter collocant. Quamvis igitur, L. B.
nulla hic solidioris eruditio vestigia deprehendas, benigne
tamen candideque omnia interpretaberis, Tecumque perpen-
des, me scripsisse hec, ut rei literariae ac elegantiorum literarum,
adeoque & librorum amatorem. Tota vero Exercitatio, quam
sisto, absolvetur duabus sectionibus, ita ut agatur Sect. I. de li-
brorum Amatoribus in genere. Cap. I. de laude librorum Cap. II.
de Bibliothecis, an absolute sint necessarie. Cap. III. a quibus
& quinam libri sint amandi. Sect. II. de singulariis cuiusdam
libri amatoribus. Cap. I. de Bibliorum amatoribus. Cap. II.
de librorum Theologicorum amatoribus. Cap. III. de librorum
profanorum Amatoribus. DEUS annue captis nostris.

SECT. I.

DE

PHILOBIBLIS, SIVE LIBRORUM
AMATORIBUS IN GENERE.

C A P. I.

DE LAUDE LIBRORUM.

§. I.

A Rtem typographicam donum supremi Numinis esse
maximum, nemo temere, nisi calcaneum in cerebro
gerat, ibit inficias. Illius enim beneficio inumeros
veterum libros, qui alias interituri erant, farto tectosque
habemus, eosque nunc exiguis sumptibus comparare, atque
tali ratione in honestarum artium studiis longius felicius-
que progredi possumus.

*Eam inventam esse Sec. XV. a Job. Guttenbergio, & Job. Faust, (de
quo vid. Heidsfeld. in Spbing. Theol. Philos. cap. 27. Chron. antiqu.
Cap.*

DE LAVDE LIBRORVM

5

Colon, ad A. 1445. conf. Mallinkrot de ortu & progressu Typographia inter omnes constat. Male vero nonnulli putant, eam Argentorati incunabula sumisse, cum Moguntii primum excoigitatam inter alios probent Polyd. Vergil. de rer. invent. L. II. c. 7. Horting. Hist. Ecclesiast. Sec. XV. p. 44. seqq. Beyerlinck. Magn. Theat. Vit. hum. T. VII. f. 739. conf. Frid. Spanhemii Introd. ad Hist. sacr. utriusque Test. Sec. XV. p. 53.

§. II.

Majori itaque felicite perfruimur, quam antiqui, quos stupendo labore libros aut describere, aut magnis impensis emere oportebat. Nam nos his seculis eos tanta possidemus copia, ut qui illos numerare velit, pulveris Erythrai, ut cum Catullo loquar, siderumque micantium numerum prius deducat.

Premium veterum librorum vel exinde quoque pater, quod Isocrates orationem unicam talentis viginti seu duodecim millibus Philipporum vendiderit; & quod Alexander M. Aristoteli, si Camerario fides habenda, pro Historia animalium 800. talenta donaverit. Sic olim Ciceronis Epistola ad Familiares Mediolani decem Ducatis venditæ fuerunt. Neque hodie res est mirata digna, si libris sepiuscule rarioribus majus premium statuitur, cuius exemplum habemus recentissimum in erudito quodam Doctore, qui in Hollandia Dn. M. Christiani Klems, Pafstoris Dablenfis, librum (qui das im H̄ern ergöste Auge und Ohr vocatur, & Norimberga a. 1623. in 8to editus est) apud nautam inveniens, eumque perlegens, tanto ejus capiebatur amore, ut invito illi duplum largiretur premium, vid. Summerv. D. Gætzii, Viri de Ecclesia & re literaria longe meritissimi, Döbelische Jubel-Alfa, p. 54.

§. III.

Quid vero felicius gratiusque hac re nobis contingere potuisse, quandoquidem subsidium facilissimum ad parandum ingenio eruditionem, licet angustam, eumque thesaurum naœti sumus omnibus aliis majorem.

Libros subsidium ad eruditionem dico, non absolute, quasi alio modo

A 3

46-



acquiri nequeat, *naturā tamen*, quia pleraque ejus pars ut plurimum ex his hauritur, ut luculentius patet ex sequenti capite.

* Eruditionem nostram in hoc orbe angustam esse, ex natura corrumpita patet. Nam omnis nostra scientia hic non est scientia, sed ignorantia, inquit Bellarm. de Ascens. mentis in DEV.M.Grad. 8.c.3.p.14.15. Td Zenith & meritis meridies expectandus est in altero aëvo, ait B. Dannhauerus in Theol. Conf. T. I. p. 43. conf. Drexel de Cælo L. II. c. 7. §. 1. p. 351. & Barthii Advers. L. 52. c. 9. p. 2444.

§. IV.

Alli thesauri sunt fluxi admodum, ac multis incommodis obnoxii: libri vero per omnes orbis angulos disperfi asservantur, & Auctores suos ab oblivione famæ atque celebritati vindicant.

Divitias, quas Iōocrates orat. i. ad Demonicum, *κακίας μᾶλλον, οὐ καλούγαθιας ὑποζήτειν* appellat, dannis expostas esse indicat Lactant. L. VII. Infit. c. 12. ubi ait: *An ignoras, quot periculis, quot casibus cum his divitiis subjaceas?* Tu præda onus incedis, & spolia geris, que irritent animos, & jam Tuum. conf. Juvenal. Sat. X. v. 14. & Boeth. 2. Phil. Confol. Prof. V.

* De insigni hoc librorum effectu testatur Venusinus Olor, quando L. IV. Od. 8. canit:

Dignum laude Virum Musa vetat mori
Cælo Musa bear.

Unde & Plinius L. VI. Epist. 6. scribit: *Quævis ipsé plurima opera & mansura condiderit, multa tamen perpetuitati ejus scriptorum tuorum eternitas adder.* conf. Idem L. III. Ep. 21. Virg. L. IX. Aeneid. v. 446. Tibull. L. I. Eleg. 4.

§. V.

Ut silentio jam transeam utilitatem ex lectione eorum dextre instituta capiendam, neque amplius dilaudem rem per se maxime laudabilem, quod secundum scitum illud Hebræorum, Margaritam pretiosam quicunque laudat, de honestat eam, quo innuere volunt, frustra esse illum, qui pro-

prolixo encomio rem aliquam cohonestare velit, quæ a nemine culpetur, sed ab omnibus summe aestimetur.

Nolo diffusus esse in congerendis librorum laudibus, cum eas Richardus Bury in Philobiblio suo c. 1. & 2. collegerit. Mibi tamen licet unicum afferre preconium, quod Lucas de Penna in Rubr. C. de navicular. habet: Liber est lumen cordis, speculum corporis, virtutum Magister, vitorum depulsa, corona prudenter, diadema sapientia, gloria honorum, decus eruditorum, comes itineris, domesticus amicus, collocutor & congerrotentis, collega & consiliarius presidentis, vas plenum sapientiae, myrtaceum eloquentiae, hortus plenus fructibus, pratum floribus distinctum, principium intelligentiae, memoria penitus, mors oblivionis, vita recordationis &c. vid. *Agustinus Morhoff. in Polyhist. Lit. L. I. c. 3. §. 24. p. 28.* Quod vero spectat

* ad modum legendorum librorum, circa eum plurimi saluberrima dederunt consilia. Guilielmus Saldenus de Libris varioigne eorum usu & abusu. Franciscus Sacchinus, Italus e Soc. JESU, de ratione libros cum profectu legendi. Thomas Bartholinus de libris legendis. Stephanus Pratorius Tr. de formandis Studiis. Chytræ Regule studiorum.

CAP. II.

DE
BIBLIOTHECIS, AN SINT NECESSARIAE.

§. I.

Etiam si vero libri ob summam, quam afferunt, utilitatem encomiis ornentur exquisitissimis, adhuc tamen sub judice lis est, num res sit adeo necessaria, libros undique que conquerere, & Bibliothecam ingentem construere.

§. II.

Fateor equidem, Bibliothecas esse armamentarium instructissimum, gazophylacium longe pulcherrimum, in quo vere τῆς παιδείας καὶ ἐπισήμης θητανεῖς colligere licet, & ἵαγέον præstantissimum, quo intellectus a prejudiciis ἀπὸ τῶν δινύχων αἰωνῶν conceptis purgari, animique morbus,

cras-

crashior puta ignorantia, omnium facillime expelli potest.
Regis Oſymanduæ, quem alii *Oſmanduam* & *Oſymandrum*
 vocant, Biblioteca olim ψυχῆς ταρεῖον audiebat. vid. Lomeier
 de Bibliotk. p. 70. Cellar. Progr. p. 283. & Patricio Bibliotheca
 pulchre pabulum mentis bene constituta, animique ingenii ex-
 ercitatio appellatur L. VIII. de Institut. Reipubl. Tit. 15.

* Si igitur expellenda sit ignorantia, non sufficiet librorum habere pene
 immunitos, sed & opus est, ut sedulo legantur, inque succum
 & sanguinem convertantur. Hinc Georgius Buebananus ad
 quandam, qui nullos libros habebat, postea autem multos, sed
 pulvere confpersos, dicebat: *Salve Magister sine libris: salve*
libri sine Magistro. Joh. Leobn. Weidner Apophthegm. p. 427.
Quin imo de multis eruditiss. Johanne Franciso Mirandulano,
Budæo, Cajacio, & aliis conflat, eos sola lectione ad eruditio-
nem pervenisse.

§. III.

Attamen virorum eruditorum nonnulli non immer-
 to subdubarunt de necessitate illarum, eamque non abso-
 lutam, sed hypotheticam statuerunt, aliorum mediorum in
 spatiotissimum eruditionis campum ducentium haudqua-
 quam ignari.

§. IV.

Per media vero non intelligo fictitium illum Poetarum
 atque Oratorum afflatum divinum, sed ingentem aliorum
 libros legendi, docentesque audiendi cupidinem, & fre-
 quens cum Viris liberalium artium doctrina perpolitum com-
 mercium.

De furore Poetico multa multi scripscrunt. D. Gerdesius in Schedi-
 asm. inaug. de Enthusiasmo. Anton. van Dalen de Oracleis
 gentilium Dissert. I. qui cum Daemonum operam prorsus hinc
 remotam cupiat, a celeb. Du. Buddeo in Institut. Mor. Theol. p.
 244. refutatur. conf. Job. Weissenbornii delineatio Atheismi &
 Enthusiasmi; Petri Petitii Diss. de furore Poetico, Paris. 1683;
 Clarissimi Dan. Georgii Morhoffii Diss. de furore Poetico lectio-
 nibus publicis in Claudiani de raptu Proserpine libros premis-
 sa.

AN SINT NECESARIAE.

sa, quae reperitur in Volum. Diff. ejus p. 71. seq. M. Daschizky,
Vratislavensis, Diff. de Enthusiasmo ex selectiori Gr. eorum
antiquitate, quam habuit Vitemb. 1697. M. Henricus Gottlieb
Wagnerus de Enthusiasmo Oratoria. Vitemb. 1713. hab.

* Recitissime Socrates aures virtutis ansas dixit, nam audire & in-
terrogare diligenter eruditos certe est gradus ad proficiendum,
unde & Plato de Republ. L. VII. monet, ut quis progressus in ar-
tibus liberalibus facere discupiant, sint Φιλομάθες, Φιλόνοοι
καὶ ξρητανοί. Et Hebrei in פִּירָא אֶבְוֹת dicunt: Esto
pulveris ante in pulvere sapientum, atque bibe cum siti verbe
eorum. Cui monito morem gerebat Epaniondus audiendiisque
cupidisimus erat, ex hoc facile disci arbitratus, teste Corn.
Nepte in Vita ejus p. 69.

** Ad media eruditionis jure etiam resero diligens eruditorum
consortium. Quemadmodum enim ex malorum & decori mi-
nis observantium conversatione cum quadam intellectum, tum
quoad voluntatem homo corrumpi potest, teste Seneca, qui
mores a conversantibus sumi ait. L. III. de Ira c. 7. quare
& Drexelius scribit: Uti speculum etiam terribilium maculam
trahit ab anhelitu; si homo cetera optimus a malorum societate
neatos recipit, in Niceta seu triumphata incontinentia p. 63.
Ita e contrario ex frequenti, quin imo quotidiana cum Viris,
eruditionis verticem consecutis, consuetudine multum in eum
redundat commodi, quam ob rem Seneca monet: Cum Catoni-
bus vive, cum Lelio, cum Tiberone: quodsi convivere etiam cum
Gracis juvat, cum Socrate, cum Zenone verfare, Epist. 104.
conf. Epist. 6. & Morhof. Polyhist. Lit. L. I. c. 15. p. m. 152. sq.

§. V.

His mediis usi sunt nonnulli tam in Lapponia, ubi mul-
ti nullis libris, nullis Magistris adjuti variarum artium noti-
tiam consequi allaborant, quam in Germania, & Viri doctis-
simi evaserunt.

Vid. Scheffer. Descript. Lapon. p. 292. Neque tamen hic calculum ad-
do meum Goclenio, qui quatuor tantum libros ab erudito re-
quirit, Aristotelem nempe, Scaligerum, Zabarellam & Schneg-
kium. Neque Guidoni Patino, qui Plinium, Aristotelem, Plu-

B

145



tarchum & Senecam ad Bibliothecam sufficere posse dixit. vid.
Lettres Choisies T. I, p. 16. Libri enim comparandi sunt neque
 nimis multi, neque nimis pauci, & inter hos saltem boni. De
 qua materia vid. Senec. Epist. 45. & de Trag. animic. 9. Augs.
 zugl. Anmerkungen T. IV. Obs. s. conf. M. Henr. Bonick Diff.
 de 22300 seu Eruditissimis libris Lips. 1693. hab. Huc spectat
 Candidatus ille, de quo summus Theologus B. Chemnitius dicere
 solebat: Habuimus aliquando Candidatum, qui nihil legatur
 praeter Dieterici Catechesin ac Fisberi conciones, & optimamente
 vid. Catal. Biblioth. Schrader. P. I. n. 391.

§. VI.

Philippi Melanchthonis, o quanti Viri! Bibliothecam
 absolvebant præter Biblia sacra Aristoteles, Plinius, Plutar-
 chus & Ptolomeus.

vid. Lomeier de Biblioth. c. 5. conf. Idée générale des Etudes
 & des Bibliothèques c. 25. §. 2. p. 154. ubi Alexandri Se-
 veri Imp. simul fit mentio his verbis: On nous rapporte que l'
 Empereur Alexandre Severe & Melanchtonne composoient leurs
 Bibliothèques que de quatre Volumes. Le premier y mettoit
 Horace, Vergile, Ciceron & Platon; & Melanchton Platon, Pli-
 ne, Plutarque & Ptolomée.

* Quis vero Melanchthoni nefro ideo eruditissimis ac diligentissimis laudem
 denegabit? Quanta enim fuerit industria, nemini latere credo,
 siquidem singulis horis a matutina secunda somnum occu-
 lis abstergebat, & ad studia se convertebat, probe secum per-
 pendens, gallum idcirco a veteribus Mercurio attributum,
 quod literati vigilare necesse habent.

Nec fas sit totam somno consumere noctem,
 ut est ap. Gyraldum Syntagma. 19. Hist. Deor. Nam ut Sta-
 tius Ot. & Luf. Verit. Epig. 127. p. 29. ait:
 Auroram quisquis studi fas diligit, illi

Aura secunda favens aurea lucra dabit.
 Plura exempla auroram (sive qua Diff. habuit M. Nic. Dan.
 Fröhle auff Lips. 1675.) ut Musis amicam amantium faciliter
 labore adducenda essent, nisi brevitati studendum. Unius in
 pref. uti mentionem facio, scilicet Job. Lorini; qui propositionem
 sui

*surgendi ad primum nolle pulsū tam constanter servavit, ut
ad quinquaginta annos nunquam violarit. vid. Engelgr. Cal.
Panb. P. I. p. 209.*

§. VII.

Franciscum Junium aliquando exigua nimis Bibliotheca instructum fuisse, idem Lomeierus c. I. p. 5. notathis verbis: Quatuor tantum ista, cum Genevæ literis operam daret, contabat, Bibliis, quæ aliquoties perlegerat, Institutionibus Calvini, Confessione Bezae, & Grammatica Hebreæ Cevallerii.

Fuit hic Theologus Gallicus, deinde Anglicus, Heidelbergæ a. 1591. natus, Æ a. 1677. mortuus. Avi sūi Dionysii Junii vestigia premeantur, in primo etatis flore per principia atheorum in devia ferebatur, corunque doctrinam pestilentissimam animo imbibebat avidissimo, singulari tamen fato a summo Numine conversus. Cum enim in Parentis domo N. Testamentum improviso in manus ejus perveniret, inque eo statim verba illi: Verbum caro factum est, oculis subjecerentur, attonitus quasi & meditabundus hecit, ac gratia divina in ipso mire operante quævis alia negligere & salutem suam majori pietatis ardore curare cepit. vid. Spizel in Literat. fel. P. I. p. 134. Conf. Chriſt. Scriver. in Siech. und Sieg. Bette P. II. p. 18. edit. Norimb. a. 1694.

* Dari Atheos, videre passim est apud Philosophos (conf. summè quandam in Academia Rostochiensi Theologi), B. Steph. Klotzii Theologiam natur. Disp. III. cap. I.) idque exempla Juniorum, Spinoſa, Julii Cesaris Vanini, Francisci Spire, Politiani & aliorum satis superque probant. vid. Excell. Dn. Struvius in docto Atheo a. 1708. in Progr. inaugurali exhibito. Ceterum qui de Atheismo plura scire avet, evolcat Ant. Reisvrum de ortu & progressu Atheismi: Gisbert. Voetium T. I. Disp. selecſ. Franciscum Caputum in Arcan. Atheismu revelat. Spizelium in Scrutinio Atheismi. Job. Weissenbornii jam citati, delineationem Atheismi & Enthusiasmi. M. Job. Frid. Wucherer Diff. de Atheo ex structura τῆς ἐγκριτικῆς convincingendo, Jen. 1708. hab.

§. VIII.

Claudius Salmasius, eruditus Orbis Oraculum, mediocri gaudebat Bibliotheca, quod celebriores Bibliothecas inviserat, & rerum haud spernendarum thesaurus sibi collegerat.

Hie Salmasius a Vossio de Histor. Lat. p. 693. ingens literarum columen, & ab Hug. Grotio in Annot. ad L. de Verit. Rec. Chrys. p. 308. infinitae lectionis vir dicitur. Dolendum vero, quod tanta eruditio tam infelici fate fuerit exposita sit in yuvene conq[ue]statoris uerbi vitam ferme Achaje eligere coactus fuerit, de quo prov. vid. Ant. Guevar. Guldn. Sendschr. p. 4u. Nam de Coniuge ejus scribunt Galii: La femme de Mr. Saumaise fille de Josias Mercerus, etoit une autre Xantippe. vid. Menagiana en bons mots rencontres agreeables p. 200. sq. Simile fatum experti sunt Socrates, Saracenus, Pausquierius, Petrus Lambecius, Franciscus Vossius, Prosper Podianus Perusinus, Gregorius Haimburgensis, Georgias Leontius, & alii. vid. M. Gottf. Böttneri Diff. moral. de malis eruditorum uxoribus Lips. 1705. De Gynacratia Romanorum vid. Arift. I. II. Polit. c. 2. Agyptiorum, Herodot. in Entra, & Diodor. Sic. L. I. ac Sauromatum, Alex. ab Al. genial. dier. I. IV. c. 3.

§. IX.

Neque hic prætereundus est Renatus des Cartes, qui præter Euclidem libros habuit paucissimos, ut Auctor vita ejus memorie prodidit.

Hic Philosophorum Coryphaeus Holmiae 1650. obiit. Batavorum, Hungarorum atiorumque castra aliquamdiu fecutus, in villula prope Egmondum in Hollandia solitariam vitam transigebat, & omne propemodum tempus in lecto consumebat, teste Baillet dans la vie de Mr. des Cartes a Paris 1693, in 12. p. 188. Etiam si vero paucis instructus erat libris, nihil tamen feciis diligentie & eruditio sua specimina juvenis edebat, ut de illo dicit queat, quod Ovidius de Hercule dixit:

*Ingenium calceste suis vel ocius annis
Surgit, & ingrata fert mala donna mors.*

Qua

Quia in re vero omni atate sit similes invenit. Nam Job. Calvinus Institutionem Christianae religionis in prima juventute composuit, & vix vicepsim quinque annum egressus typis describi curavit. Claudio Salmasius anno etatis decimo quinto Florum ex Codicibus Palatinis MSS. emendatum, & notis eruditis illustratum vulgavit. Daniel Heinicus anno etatis decimo octavo Auctores Latinos, & non ita multo post Grecos interpretatus est, notisque illustravit. Quin Job. Meursius anno decimo sexto Lycopronem Chalcidensem pulchro Commentario illustravit, & anno decimo septimo in Theocriti Idyllia Specilegium contexit. Ut Barthium & alios jam taceam.

§. X.

Licet vero contraria in partem plura adduci possint exempla illorum, qui rei Bibliothecarie intenti magno studio libros collegerunt, & hoc ipso tum amorem suum erga libros, tum eorum necessitatem ostenderunt, quos luben omittit, cum mihi in praesentiarum mens neutiquam sedeat de eruditorum Bibliothecis differere: Eas tamen sub certa tantummodo conditione necessarias esse affirmo, proboque non solum ex productis in medium exemplis, sed & exinde, quod illis non opus fit lautiiori Bibliotheca, qui vel in officio concatenatis negotiis districti ea amabili hoc otio interpungere, librisque legendis conscribendis vacare nequeunt, vel etiam qui in tenera atate libros plurimos perlegunt, ac flores optimos, ut apes melliferae ex iis carperunt.

De Bibliothecis multi existant Auctores. Justi Lipsii Syntagma de Bibliothecis Job. Lomiceri & Jacobi Tract. Job. Henrici Hottingeri Bibliothecarius quadripartitus. Gallesius Traité de plus belles Bibliothèques du monde. Gabriel Naudens Advis pour dresser une Bibliothèque. Idée générale des Etudes & des Bibliothèques. Claudii Clementii Museum seu Instrucțio Bibliothecæ tam publicæ quam private. Dr. M. Job. Christ. Koch, Viri singulari eruditione, Schediasma de Ordinanda Bibliotheca, & plures alii.

* Ex his ipsis luculenter parer, excerptendis studium ob utilitatem suam commendandum esse, infirmoque tali niti judicium Marcelli qui L. I. Epist. 2. omne locorum communium studium ad interres homines ablegandum censet, Germanosque quosdam id propter negligit. Hinc Lipsius recte scribit, lectionem ipsam non sufficere, ne repetitam quidem, imo nec in felicissima memoria, sed opus esse excerptis quibusdam & natis rerum verborumque singularium. Epist. Instit. cap. 12. Hic tamen omnis abusus fugiendus, cavendumque est maximopere, ne excerptis promiscue exscriptis, & sine ordine iusto digestis, quod plurimque in Scholis sit, ingenium magis confundatur, quam polliatur. De hac materia vid. Vinc. Placcium de Arte excerptendi. Drexelii Aurifodinam artium & scientiarum. M. Joh. Bened. Metzleri Artificium excerptendi. D. Gottf. Ludovici, iulijbris Gymnasi, quod Coburgi est, Directoris optime meriti, Collegium Excerptorium.

§. XI.

Neque illorum conatui calculum meum adjicio, qui paupertate, illo *περιγματι δυσθητων* uti a Chrysostomo vocatur, pressi sumptibus haud parcunt, miseram inde simbi sueque familie contrahentes vitam, nec pensantes secum, sine multis libris se facile degere posse, & Bibliothecas eorum opus esse, qui vel ad gubernacula imperii ac Reipublicae sedent, vel in quorum alias arca Danaes maritus, *ζεύς ο χειροῦς* sedem bene consecratam habet.

§. XII.

His omnino necessitas iniungit, ut *φιλοβιβλίαν* suam reapse demonstrent, & Bibliothecas tum privatas, tum publicas in proprium ac aliorum emolumentum erigant. Principum ac divitium curam esse Bibliothecas, tot exempla corum, qui eo jam laudabiliter anni sunt, testatum faciunt, suadendumque est iis, ut curas suas eo conseruo pergeant. Nam, ut Celeb. Christ. Cellarius loquitur, quid honestius quam instruere Bibliothecas, & quos alii in inanes res suntus faciunt, optimis quibusque libris comparandis irrogare? Dissert. Acad. Diff. IV. p. 86. His vero erectis necessi est, ut

ut hi τε Μεσσίς καὶ ἄλλοι τε five Bibliothecarii libri non sibi solum, tineisque ac blattis committant, sed & aliis non renuente animo, ac sine invidia communicent, alieni ab eruditorum nonnullis, qui, ut soli sapere videantur, librorum aliquid insignium naēti, nulli eorum copiam faciunt, in arca quasi sepulcro quodam recondentes, inde Εἰλιτάρας dicit. vid. Pier. Valer. Hierogl. L. II. p. 83. D. Rudolph. Capillus Syntagma lectionum Bibliothecariorum Memorab. Sect. II. Causa fin. Polybius. Symb. L. III. c. 67. p. 333.

§. XIII.

Nam hoc pacto pauperes quoque studiorum suorum telam pertexere facilius, ac talismodi in rebus divinis & humanis scientiam acquirere queunt, qualis vix ineſt maxima Bibliotheca gaudentibus. Interim vero illi pro ratione status sui, ne plane destituantur libris, eos sibi comparant, quos usū suo maxime inservire existimant.

§. XIV.

Optandum tamen hic eſſet, ut melius cum hac nostra Republica comparatum eſſet, neque Parentes liberos suos promiscue studiis consecrarent, haud considerantes sumptus ibi impendendos, & incommodum in hujuscemodi indigos Beeri filios redundaturum, quod Palingenius in Zod. Vit. L. II. in Tauro p. 30. ita describit:

Quandoquidem argento loculi si forte vacabunt
Nullus erit, qui te doceat: nam solvere oportet
Mercedem haud parvam Doctoribus: eſt quoque ha-
benda

Sumptibus haud parvis librorum copia: tempus
Quo valeas studiis incumbere, plura legendo.

C A P. III.

A QUIBUSNAM LIBRI SINT AMANDI.

§. I.

Dum vero Bibliotecas non απλῶς necessarias dico, id
Propter nemini librorum usum interdictum volo, fed fin-
gulis

gulis Auctor existo, ut eos adhibitis simul mediis supra al-
latis perlegant, & facultatem ingenii egregiam, non in opu-
lentis Crœlis solummodo querendam, sibi comparent.

*Falso Iudeorum Doctores, quos Rabbinos vocamus, statuunt sapien-
tie donum divitibus tantum inesse, vid. Petr. Cuneus de Republ.
Hebreorum L. III. c. 7. p. 459. Hotting. Thesaur. Phil. L. II. c. 3.
Sect. IV. p. 570. Guil. Vorſius Annot. ad Theor. R. Mainon. de Fur-
dam, legis c. 7. n. 1. p. 87. Pocockius in Porta p. 18 & 226. Bonas
enim literas laboris ac sudoris comites esse, nec marſupium fe-
qui jam sua etate censuit Hieronymus. Unde & M. Antoninus
ita de se dicebat: Pater meus me Rhodum studiorum gratia
misit libris magis oneratum, quam nemnis instructum. Nec
erat quicquam, quod magis ad diligentiam in studiis mihi cal-
car adderet, quam marmororum penuria ap. Guev. Horol. Prince.
L. I. c. 2. p. 7.*

§. II.

Quidnam vero per Philobiblos sive librorum amatores
intelligamus, ex ipsa tituli rubrica dilucide patet. In ge-
nere libros amare debent Viri illi otii, qui ingenuis artibus
tenera etatulae suæ florem dedicarunt, & cum in Scholis
trivialibus, tum in sacratissimis altiorum scientiarum Capit-
toliis vivendo tempus conterunt. Sed in specie eos dici-
misi eruditos, qui non Philologie modo, sed & superio-
ribus disciplinis operam suam impenderunt.

*Viros otii dico Studiosos, non quod otio, malo execrabilis, indulge-
ant, sed quod aliis curis posthabitis tantum studiorum vigilant.
Defuncta autem est istud appellatio ab Hebreis, qui Legis Studiosos
vocabant בְּתַרְבּוֹת. Viros otii, utpote quibus vacabat res
Synagogæ solum curare, atque Legis studio intentum esse, vid.
Lightfoot Hor. Hebr. & Talm. in Matth. c. 4 v. 23, p. 178. Hinc
etucasit, cur Schola ἀπὸ τῆς χολῆς ab otio diellast, non ut di-
versorum otii sit, ut loquitur Seneca Epist. 108.*

§. III.

His omnino amandi ac legendi sunt libri, ut multo
labore partam aut adhuc comparandam eruditioris fu-
pelleabilem indies augeant, ejusque specimenia eruditio Or-
bi

bi sistere facilius queant. Nec ego temere in literatorum choro inventum iri quenquam autumo, qui libros odio quodam quasi Vatiniano prosequatur, nec paucos saltēm perlegat, quod secundum tritisimum sermone proverbium:

Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro.

Nam cum iis non amplius licet ab ore vivorum Doctorum dépendere, mortuos consulant, necesse est. Hi enim sunt Magistri, ut Richardus Bury loquitur, qui nos instruunt sine virgis & ferulis, sine cholera, sine pecunia. Si accedit, non dormiunt; si inquiris, non se abscondunt. Non obmurmurant, si oberres: cacchinos nesciunt, si ignores.

§. IV.

Quæritur vero, an eruditus singulos quosque libros in deliciis habere, & promiscue legere debeat? Hic discrimen tenendum inter ingenia excellentia & tarda, ac inter libros utiles ac noxios. Quod ad eos attinet, qui naturam maxime fautricem in largiendis ingenii ac memoriae dotibus naœti sunt, ii utique Theologiam, Jurisprudentiam aut Medicinam cum Philosophia & Philologia arcifissimo quadam vinculo conjungere, & idcirco subacto suo judicio libros quosque, licet damnosos & a veriore doctrina abhorrentes, sine aliqua fidei sua jactura evolvere possunt. Illis vero, quos non adeo æquus Jupiter amavit, cautio adhibenda est, ne in tales incident libros, qui ipsis obesse magis quam prodesse queunt, sed eos sibi deligant legendos, qui bus pro ratione status sui opus habent, atque ubi *xguræ* bonitatis certissima animadvertunt.

Theologiam cum Philosophia conjungendam esse, pluribus demonstrarunt Viri Celeberrimi, D. Fecit Noſt. Chrift. Exerc. I. p. 2. f. & 25. sq. Cellar. Diff. Acad. P. I p. 203. Taubmannus in Otto semper. Et quidni Philologia, que magnam librorum lectionem requirit, Theologo effet necessaria, cum in Scripturae S. explicacione Magnus sit usus Historiae, Geographiae, Physice, Astronomie, Dialectice &c. Quare Clementem Romanum, qui L. I. Conſtit. c. 6. ab omnibus gentilium libris abstinere jubet, facile

C

refu-

refutare possumus, tum exemplo Moysi & Pauli in profana literatura versatissimorum, tum dicto illo I. Tim. IV, 13. *περισσατην αγρυπνοι*, quo non literarum modo sacrarum evolutionem, sed humanam quoque & Philosophorum & Poetarum & Historicorum sapientiam Timoribus commendatam fuisse, ex S. Patrum mente observat Stevartius; tum etiam testimonio Basilii M. qui in peculiari sermone de utilitate Scriptorum Ethniconum *περισσατην* ait: *Quemadmodum in resto flores decerpimus, spinas relinquimus: sic profani Auctores tractandi sunt, οσον κεριμον παρατασιν, το θλαβεζον φυλαξεμενον b.c. ut utilia decerpamus, & a noctis caveamus.* Quod vero attinet ad juvenes, qui plerunque more Gallorum (ut de iis judicat Priolus de rebus Gall. c. 42.) seu Ophiogenes & Pissylli venena tantum librorum fugunt, ita arendi aliquantum a libris illis fidei & moribus parum vel nihil proficiuntur, & eo maturè adducendi sunt in Scholis, ut de libris, antequam legant, bonitatis criteria habeant. Illa vero qui accuratius cognoscere avert, evolvat Crises Melanchthonianas de eligendis optimis quibusque in omni disciplinarum genere Auctoribus, Islebie 1597. Valent. Henr. Vogleri Universalem in notitiam ejusque generis bonorum Scriptorum Introductionem, Helmstad. 1670. Conf. Anonymus de la connoissance des bons livres, ou examen de plusieurs Auteurs, Amstelod. 1672. in 12. Theoph. Raynaudi Erotomata de malis ac bonis libris, deque justa aut injusta corum conditione, Lugd. 1653. Bailleti Jugemens des savans sur les principaux ouvrages des Auteurs 1685. & 86. ed. Quo & referre potest M. Buddei Diff. de Criteriis boni libri. Lips. 1714. hab.

§. V.

Quemadmodum vero hæc Criteria sunt diversa, ita ut liber vel sit bonus vel malus, vel optimus vel pessimus: sic etiam varie sunt hominum propensiones, ita ut ille hunc, alter alium Auctorem præ reliquis lectu dignum judicet, id quod ex sequentibus per spicue colligere licebit.

SECTI-

SECTIO II.

DE

SINGULARIS CUIUSDAM LIBRI
AMATORIBUS.CAP. I.
DE BIBLIORUM AMATORIBUS.

§. I.

CUm igitur mihi mens sit illorum exempla in medium asserie, qui librum quendam præ aliis magni fecerunt, jure meritoque a sacratoriis litteris initium facio, quia a nonnemine verissime dictum est, non esse in toto, qua pater, Orbo, librum nisi Scripturam S.

Vid. D. Mich. Walther de arte Scriptoria p. 142. 143. unde & S. Biblia nat' Βούζη liber, & Chriftiani ab Arabibus populus libri vocantur, teſte Hotting. L. II. Hift. Orient. c. 2 p. 333. 334. quemadmodum illi ab Henrico Lancillotto contumelie ergo Bibliſtae, Verbi-Deiftæ & Scripturarii, atque a Decumano in Dial. de colloq. Ratisb. p. 1. 2. 3. Verbi-Minifteriones appellantur.

§. II.

Inter illos vero, qui librum hunc, S. Biblia puta, impense amaverunt, principem locum tenet Ptolomæus Philadelphus, qui sacrum codicem accipiens, ex ingenti lætitiae abundantia lacrymas profudit.

Vid. Joseph. Antiqu. Jud. L. XI. c. 2. Camer. Hor. Subcif. L. I. c. 34 p. 150. sq. Lacryma alias sunt signum doloris, misericordie atque humanitatis, unde eas vix ad ne viz quidem in Tyranno (qui potius illar cum Tryzo prohibet, vid. Elian. Var. Hift. L. 14 c. 22.) invenies. Hic vero sunt gaudi quoddam trepangitorum, quo Ptolomeus allatis legis Voluminibus afficitur, veluti Alciadiates lacrymans suorum civium benevolentiam accipiebat, teſte Corn. Nep. in vita ejus c. 6. & quemadmodum Augustus, cum ipsi patrie Patris titulus a populo decretus per Valerium Messalam deferendus esset, lacrymans ipſi respondebat. Sueton. in vita ejus c. 85. Queritur autem, an lacryma Regi conueniant?

C 2

No-

Negant nonnulli, dicuntque, non fortis Viri, sed feminarum esse, unde & illarum arma dicuntur. Sed affirmo ego, hac ratione subnixus, quod temperatis lacrymis nihil decadat fortitudini, & quod neminem magis quam Principem clementia humanitatemque deceat. Pluribus hac de re consule M. Frid. Guil. Schütz, in Diss. de lacrymis Heroum Lips. 1701, hab.

§. III.

Hunc excipit Constantinus Imp. Constantii Chlori filius, ob magnitudinem rerum gestarum Magnus cognominatus, qui tanti verbi divini amore flagravit, ut S. Biblia, quoquaque iverit, sibi præferri jussit, ac fideliter legerit. vid. Euseb. in vita ejus L. I. cap. 26. Sozom. L. I. cap. 4. p. 442. Hie A. C. 306. Imperatoria dignitate ornatus, antea doctrinam gentilium adductus erat, & ab Arrio persuaderi sibi patiebatur, ut Athanasium strenuum fidei sinceritatem Athletam, & Virum vere d'Amavat, in exilium pelleret. Sed conspecta in celo crucis forma, cum hac inscriptione: εν τοτε υιος; in hoc vincere, permotus, & Christianorum sacris initiatuſ est. vid. Oros. Lib. VII. c. 26. sq. Zonar. T. III. Conf Chrift. Cellarii. Diss XIV. de primo Princeps Christiano, & simeone Rev. Fabricius Biblioth. Graec. Libri V. P. II. c. 3. sq. De ejus sc̄ta donatione quadam videri portant in Magnif. Val. Ern. Læscheri, Theologi ignei ingenii atque judicii, Bibliotheca Purpurata. Joh. Frick Disp. de fide Constantini M. band dubie Christiana anno 1707. Schurzli, in Op. Hist. Polit. p. 536. Obſerv. Hal. T. I. Obs. 24. M. Lentner Disp. de Constantino M. non ex rationibus Politiciis Christiano.

§. IV.

Alphonſus, Arragonum & Hispaniae Rex, de ſe ipſo affirmat, V. & N. Inſtrumentum una cum gloſſis, quas vocant, & Commentariis laboriosissimi Lyrae, ac additio- nibus Brugenſis quater decies abs ſe perlectum.

vid. Timp. Spec. Magiſtr. p. 30. Chevreana P. I. p. 269. Nicolaus de Lyra ſeu Lyranus ejerata Judæorum religione Christianam fidem amplexus est, & a. 1340. obiit. Fuit ſimia R. Salomonis, cumque magna ſemper laude extulit. B. Lutherus ſup. Gen. II. de eo ſcribit: Ego Lyram ideo amo, & inter optimos Scripturae

turæ interpres pono, quod utique diligenter retinet, & per-
sequitur historiam.

§. V.

Theodosius II. seu junior, qui octo annos natus Ar-
cadio Parenti suo in Orientis imperio A. C. 408. succedit,
S. Bibliorum lectioni usque adeo deditus erat, ut de nocte
iis legendis operam navaret, lucerna se sponte sua acceden-
te, & miro artificio oleum affundente, ne Ministrorum a-
liquem labore isto gravaret. Quinimo relatum de eo legi-
mus, ipsum propria manu Novum Testamentum descri-
psisse.

*vid. Niceph. L. XIV. cap. 3. p. 856. sq. Hic Princeps ut mansuerissimus
& pientissimus, ita longiori vita erat dignissimus. Verum
equo delapsus, morbum ex luxatione vertebrarum sibi contra-
hebat, vitamque exinde quinquagenarius cum morte commu-
tabat. Unde patet, & equo nonnullis suis fatalibus. Vide de plu-
rimis malis corpori ex equitatione imminentibus Schenck. Ob-
serv. Medic. L. III. f. 487. Velsch. Dec. 10. Curat. propr. 10.
p. 668.*

§. VI.

Ludovicus Pius, Caroli I. seu Magni filius, A. C. 814.
Imp. factus, Scripturam S. tanti faciebat, ut S. Biblia in Ger-
manicam Lingua transferri juberet.

*Hic Pontificiorum quidem superstitioni aliquatenus adhaesisse Casp.
Peucero in Contin. Chronicis Melanchth. & Carionis p. 288. di-
citur, sed omnino Pius prædicandus, quod etate ejus Synodo
Aquisgranensi habita fidei Christianæ semina per Cimbriam,
Chersonesum, Daniam & Sveciam præcone Anachariso sparsa
sunt. Ista vero Bibliorum versio amplius non extat. vid. B.
Job. Frid. Mayeri Diff. de Versionibus sacrarum literarum ante
Lutherum MSS. & in Bibliothecis latentibus. Hic suo exemplo
docet, clementiam maxime esse utilem, nimiam vero semper
noxiam. Nam cum ipse cupidine modestia justo remissior es-
set, imperium suum sequre variis turbis exponebat. vid. The-
ganus de ejus rebus gestis c. 3.*

C 3

§. VII.

§. VII.

Carolus V. cognomine Sapiens, Galliarum Rex, amorem suum in S. Biblia satis superque demonstravit, quod illa a Nicolao Oresmo Lingua Gallica verti jussit, & ipse manu sua descripsit.

vid. Kortholt. de variis Scripturae S. editionibus p. u. Conf. Jacobi le Long Bibliothecam Sacram, quam Magnif. Dn. D. Christ. Frid. Bernerus eruditis notis illustravit.

§. VIII.

Augustus, Elector noster gloriofissimæ memoriae, per omnem vitam sacri Codicis lectione delectatus est, & non ita multo ante suum ex hac vita discellum cum integrum unius mensis, triginta vero hebdomadum spatio universa Lutheri scripta legendo percurrit.

vid. Thomas. Orat. IV. de Augusto p. 63. 64. Hic Augustus angustissimus amorem suum in sacras literas uberior declarabat, cum Hebraicas literas legere disceret. vid. Dresser. in Chron. Saxon. f. 727. (Moris enim quoque erat Princibus, Friderico II. Job. Georgio II. Georgio Anhaltino, Ludovico linea Contentina conditori, & aliis, Hebream linguam disce. vid. laudat. D. Gerzii Princeps Hebraice doctus.) Ex hac pietate Serenissimi Electoris originem suam traxit beneficium illud nullis excomitis satis deprendendum, quod Orbi praestit in erigendis tribus Scholis illustribus, ex quibus tanquam ex equo Trajanum tot Viri erudit prodeunt, testanturque, non ignavum ibi vtere otium; quare etiam Dijlichon Scholæ Mijenensis foribus inscriptum legitur:

Mauritii pietas, Augustique inclita Virtus
Hanc Christo & Studiis constitnere Scholam.

§. IX.

Huic adjungendus est Augustus Sapiens, Brunsvicensium & Lüneburgensium Dux, cuius animum sacrarum litterarum lectio maxima perfundebat dulcedine, nexuque quasi ac mancipio sibi vendicabat.

vid. Mart. Neßelius in Panegyrico ejus p. 92. Hic pertinet inter Principes libris claros, siquidem multa sub Seleni nomine, Har-

Harmoniam Evangelicam Scripturæ S. & Meditationes sacras scripsit. vid. summe Rev. D. Job. Casp. Lœscher. in Verzeichniß Durchl. Theologorum p. 14. Pari vero laude eminent Henricus VIII. qui editum a Lutherbo librum suo quodam de VII. Sacramentis impugnavit, atque ita defensoris fidei titulum, quem Leo X. ipsi impertivit, meruisse visus est. vid. Sleidan. L. III. p. 40. Greg. Letus in Theat. Brit. P. III. p. 454. refutatus vero est ab ipso Lutherbo T. II. Jen. edit. 1572 f. 130. Fridericus II. de arte venandi cum avibus scriptus; falso vero ipsi liber de tribus Impostoribus tribuitur. vid. Job. Cuspin. de Cesar. p. 419. Boxhorn Hist. Univers. p. 779. Lanf. Consult. p. 46. Maximilianus I. librum Feuerdancë scriptissime dicitur. Bruno Francorum Dux in Psalmos & Symbolum Archanistarum commentatus est. Ut plures alios (de quibus Becm. in Hist. Civil. P. II. c. 4. p. 56.) jani tacant, qui scriptis famam adepti sunt, probèque cum Platone & Antonino Philosopho cogitarunt, felicem esse Rempublicam, ubi aut Philosophi imperent, aut imperantes philosophentur.

§. X.

Johannes, Mecklenburgensem Dux, omni laude major, ardenterissimo Scripturæ S. amore, S. Biblia sua manu describebat.

Hie postquam Parysis Musis operatus erat Doctoris Theologiae gradum, more Principibus rarissimo, summaque cum laude obtinebat, & quemadmodum Johannes & Gregorius Nazianzenus secundum excellentiam Theologi nomen netulerint, ita & hic & quibusdam Johannes Theologus appellabatur. Pari modo Armandus, Princeps Contariorum Theologiae Baccalaurei gradum accipere non erubuit.

§. XI.

Otto I. seu Magnus, (qui post Ludovicum Pium statim nominandus) Henrici I. Aucupis filius, & A. C. 936. Imperatorio diademate ornatus, assidua Bibliorum S. lectione illa optime callebat, & cum Episcopis frequenter disputabat.

Ius vitam & res gestas depingit Wittichindus L. II. & III. rer. Sa-

xon.

xon. Otto Frising. L. VI. c. 19. Crantzius Annal. L. III. cap. 14. s. q.
Casp. Peucer. Contin. Chronicar. & Melanchth: p. 441. Is ob
singularem pietatem & lenitatem Amor mundi, sicut Titus Ve-
spasianus Deliciae generis humani; Fabius Maximus Ovicula,
& Ericus Rex Danie Lamm dictus, vid. Becmanni Diff. de co-
gnominibus Principum.

§. XII.

Neque hic silentio involvendus est gloriosissimae me-
moriae Imperator Leopoldus, qui Biblia Latina, quæ ipsi a
strenuo belli Duce Micandro donabantur, in Bibliothecam
suam portans probe asseverabat, Ducique mille thaleros re-
donabat.

*His Bibliis usus erat B. Lutherus, inque primo folio versiculos hos
sua manu scriperat:*

*Si tibi vel Christi, vel cura est illa salutis,
Versentur manibus Biblia sacra tuis.*

Plura vid. in Catal. Biblioth Schrad. P. I. n. 314.

§. XIII.

Hos Principes laudatissimos fecuti sunt Viri erudití,
inter quos primum nomine Duxerunt Montauerium, poli-
ende Delphini juventuti quandam præfustum, qui N. T.
centum & tredecim vicibus perlegisse fertur.

*vid. Chevreana p. 268. Hujus præcipue consilio, & auctoritate Cae-
roli Sanctamauræ, Jacobi Boffetti & Petri Danielis Huetii,
pulchre editiones in usum Delphini intra Gallias publicatae
sunt, quæ ut merito suas merentur laudes, ita nimis grazi-
ter eas insectatus est Josephus Juventius, natione Gallus, qui
prefat. Horatii carminibus 1696. editis prefixa inquit: Quod
spectat ad rationem, quam interpretando fecutus sum, nolim
eam nimis esse exsanguem & fejoram, qualem cernere est in iis
Commentariis, qui hanc ita pridem exierunt, in quibus inter-
pretatio fere est horrida & hispida, dum verbum verba religiose
ac putide potius reddit. Conf. Cleric. T. I. Parrbas. p. 231.
De indicibus eorum Cren. Animadu. Phil. P. III. p. 6.*

§. XIV.

Franciscus Dryander, alias Enzinas dictus, Vir cele-
bris

bris in Hispania, tanti aestimabat versionem Bibliorum Lutheri, ut ejus intelligendæ causa Linguae Germanicæ facultatem sibi sepius exoptaverit, quod eam a Viris doctis mirum in modum predicari audiverat.

Vid. Praefat. Theolog. Witteb. Bibliorum edit. Lüneburgensis a. 1670.
premissam. Conf. M. Haenani Praef. pietati Molice præfixam.

Is N. T. Germanica versione donabat, qua a 1543. Antwerpia typis vulgata, & Carolo V. Imp. dedicata est; quo facto Bruxellis carcere multabatur, januis tamen de improviso non clausis feliciter ex eo evadens. vid. Rich. Simon. Histoire Critique du N. T. p. 494.

§. XV.

Samuel Maresius, celeberrimus Ecclesiae Reformatæ Sec. XVII. Theologus, ante septennium exactum universa Biblia his a capite ad calcem evoluisse prædicatur.

Vid. Freher. Theat. Vir. Clar. p. 704. Hic Vir cui erat doctissimus, aureo tamen Poesos erat ignarus. Nam in tenera aetate non quicquam in ea proficeret potuit, & si quod ad hanc exercitium proponeretur, maluit illud oratione solita amplificare & exornare, quam se ad pedum mensuram ac numeros adstrin gere. Simili modo Viri eruditiois lande olarissimi, Ericius Puteanus, Christ. Cellarius & alii vena Poetica disfututi fuere.

§. XVI.

D. Michael Waltherus, generalis totius Ducatus Lüneburgensis Ephorus, & Theologus summus, tenerrimum suum in Pandectas sacras affectum luculenter suis ostendit, quando plus vice simplici dicere solitus fuit:

Biblia nostra amor: dulcissima Biblia: dia-

Biblia deliciae lauritiaeque meæ.

Divitias habeant locupletes, regnaque Reges

Divitias habeam Biblia sacra meas.

Biblia semper amo, sacra Biblia semper amabo,

Castus amor Biblicon, sanctus amor Biblicon.

Ἵηγοι erunt mihi Biblia, erunt eademque *πάτεροι*,

Dulce erit in Bibliis vivere, dulce mori.

D

Chri

Christe, tibi in Bibliis vivam, moriarque beatus
Biblia te sacra habent, dantque docentque pios,
Sancte liber, Venerande liber, liber optime salve.

O anima nostræ Biblia dimidium!
Totum imo dicenda meæ sunt Biblia mentis,
Christum quæ datis, o Biblia noster Amor!

Aurei profecto sumus versus, & a quoquam sincero Christi affecta mente ac cordi suo trabali quasi clavo insigendi. Tantus hic Theologus, qui a. 1662. diem suum cibit, mercaturam, cui a Patre consecrabitur, recusat, & Jurisprudentia studiis invigilare apud animum constituebat, sed seipso consilioque matris Theologicum amplectebatur studium, vid. Spizel. Templ. Hon. p. 269. non aliter quam Henricus Lubbertus, qui Patre fauorio ortus, & hinc ipse huic arti per aliquod tempus additus fuit, ad Theologiam destinabatur, vid. doctissimam Diff. M. Sam. Theod. Schmidt, de Theologis in utroq. Deo consecratis, Lips. 1707. hab.

§. XVII.

D. Christianus Chemnitius, Prof. Theologæ, Pastor & Superintendens Jenensis longe meritissimus, tanti faciebat S. Biblia, ut ea post mortem feretro suo inferri juberet.

Hic Königfeldia a. 1615. natus, & a. 1666. hydrops malo obiit. vid. Zeumer. Vit. Prof. Jen. p. 181.

§. XVIII.

M. Joh. Schröder, verbi divini Praeco Norimbergensis, singulis diebus septem capita in Bibliis S. legit, talique ratione ea unius anni spatio bis absolvit.

Vid. M. Rebhan, in Concionatore cap. I.

§. XIX.

D. Joh. Rebhanius, Juris Consultus Argentoratensis, Biblia universa toto vite sua tempore tricies & quater perlegit.

Vid. Tenzel. Biblioth. Curios. p. 374.

§. XX.

Fridericus Taubmannus, Professor Poeseos Wittenbergensis, etiam hic sua cohonestandus est laude, quandoqui-

doquidem in Præfat. Plauti sui de se ipso scribit, S. Biblia a
se novendecim vicibus perfecta esse.

§. XXI.

Foxius, Sectæ Quakeranæ Auctor in Anglia, universum S. codicem memoria tenuit, ita ut nonnulli de ipso affirmaverint, S. Biblia, si interirent, ex ore hujus Foxii restituvi posse.

*Pertinet inter illos futores, qui famam eruditio[n]is ac prudentie
sunt adepti, qualis præter alios fuit Job. Baptista Gellius, Flo-
rentiae natus, qui magna prudentia præditus Dialogos Lucia-
ni more in sua Lingua scripsit. vid. Tenuier. eleg. T. I. p. 231.
Conf. Dn. Goetzii Diff. de futioribus eruditis, ubi §. 8. pag. 17.
Foxii nostri fit mentio.*

§. XXII.

Huc referre quoque placet Turcarum Biblia, Alco-
ranum, quem Abu Hanifah septies millies in carcere suo
perlegisse dicitur.

Vid. Chevreana P. I. p. 269. Alcoranus est liber a Mahomedo (quem
nonnulli a ח'רְבָּה derivant, quasi sit ח'רְבָּה Vir desidera-
bilis, vid. D. Dannh. in Eccles. Muhammed. p. 12. D. Quensted.
Med. de Desid. omni. gent. ex Hagg. II. 8. c. I. §. 3.) Sergii con-
filiis confectus, Judæorum aliquunque erroribus, & ipsius Ma-
homedis fabulis resertissimus, quem postea Italy, Napha, Eo-
Omor, Elrefar, Cheter & Amer contrariis plane interpretationi-
bus suis obscuriorem reddiderunt, B. Danbauer. Myst. Syncr.
p. 14, inquit: Muhammedinus totus est Satura omnium olim
damnatarum heresum, & ipsius Syncretismi apex. Tanti ve-
ro hunc Alcoranum faciunt Turci, ut semper clamitent: Al-
coranum! Alcoranum! vid. Henning. in Muham. Prece-
p. 252, & capitale ducent dicere, Mahomedis Propheti-
am falsam esse, vid. Job. Jac. Breuning. in Itin. Orient. p. 14.

§. XXIII.

Quemadmodum vero multis ex tanta Canticorum &
dictorum Biblicorum copia haud raro aliquod unice placu-
it: ita & inventi sunt nonnulli, qui præcipuum librum in
facto codice sibi amandum elegerunt.

Canitca quedam præ aliis plus ponderis habere, nemo vocabit in dubium, unde & B. Mayerus Disput. de Hymno: Erhalt uns Herr bey deinem Wort &c. B. Quistorpius Disp. de Hymno: De Taurigfrie. habuit. Sic Gallus Baro a Riegnitz (cujus Symb. erat: Iesu amor meus) in primis cantico: Nun lob mein Seel den Herrn &c. delectabatur. M. Jeremias Olscher, Pastor Reichenbacensis, hymnis mirifice recreabatur: Nun bitten wir den Heil. Geist &c. Gott der Vater wohn uns bey &c. Fridericus Willhelminus II. Dux Saxo-Altenburgius, hymno: Was mein Gott will, das gescheh allezeit; Magdalena Sybilla Job. Georgii I. Serenissimi quondam Electoris nostri Conjur gloriofissime memoriae, D. Christoph. Buleus, & D. Henr. Hoepffnerus, hymno: Wie schön leuchtet der Morgenstern &c. se delectabant. Nec desunt multi, qui dicto aliquo Biblico delectati sunt, & quos ex ior concionibus funebris colligere licet; quare etiam nunc unius modo mentionem facio, nempe Christoph. Richteri, Mercatoris Chemnicensis, qui Symboli loco semper in ore gerebat verba: Herr, wenn ich nur dich habe &c.

§. XXIV.

Alfredus, Rex occiduorum Saxonum, S. Biblia per quam amabat, & Psalmos præcipue, quos in Linguam Anglicam transferebat.

vid. Becl. Hist. Orb. Civil. P. II. cap. 4. p. 570. Conf. de ejus amore in Biblia D. Misand. in der Creuzigung des Herrn. p. 287-1753. In quoque P. Osorium & S. Gregorium de Cura Pastorali, ejusdemque Auctoris Dialogos, Bedam de Actis Anglorum & Boethium de Consol. Philosophie Anglice translatis. Plura de eo vid. ap. Huntingdon. Lib. V. Hist. Angl. p. 200. Roger. ab Hoveden Part. I. Annal. p. 239.

**Psalmi קָרְבָּן vocantur, quod major illorum pars Dei laudes contineat. vid. D. Job. Jonstonius in Append. de libris sacris V. T. c. i. p. 41. Queritur vero ut an omnes Psalmi Davidis sint? Affirmant id Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius, Caiusdorus, Beda, Euthymius, Alex. Alefius, aliique. vid. B. Geier's Comment. in Psalm. f. 728. sq. Conf. D. Sonnagis Tr. de titulis psal-*

Psalmarum. Quær. 2. an metrice sint scripti? Hieronymus præf. ad Eusebii Chron. eos in morem Flacci & Pindari nunc Jambo currere, nunc Alcaico personare, nunc Sapphico tunere scribit. Ac Scaliger in notis nullum ibi Canticum metrice legibus adstrictum agnoscit, cum mere soluta Oratio sit, charactere Poetico animata. Quær. 3. an tanti sint astimandi? Omnia. Nam illi sunt spirituale illud bonarum mentium viridarium, & animi marore contabescens egregium recensuato Puerum. vid. Ernesti Prodrom. Apantism. Hist. Thol. c. i. p. 12. Sunt liber cunolorum, Alphabeta magnum, Canticum occursum de quibus Hotting. Theſ. Phil. Lib. II. cap. I. Seſt. III. p. 50. Idecire etiam olim Clericū Monachī quo totum Davidis Psalterium in memoria mandore tenebantur, neque Gregorius M. quenquam, qui Psalmos ignorabat, Episcopum creari permittebat. vid. Gregor. Lib. IV. Ep. 21. 23. 45.

§. XXV.

Cosmas, Episcopus Constantinopolitanus, imminente gravi persecutione exilio solum vertere iussus, famulo suo dixisse perhibetur: Tolle Psalterium & lequere me. Satis rerum atque librorum se habere arbitrabatur, si Psalterium haberet omnis solati promptuarium. Ex Zonore T. III. hoc refert D. Job. Affelmannus Synt. Exercit. Acad. P. II. Exeg. III. §. 16. pag. 59.

§. XXVI.

De Gregorio III. Pontifice Romano legimus, quod omnes Davidis Psalmos memorie mandaverit.

Hic turbulentissimi ingenii Autor: est sacrificii Missæ, de qua Pomponius Lætus, quoties eam frequentavit, rediſcere dixit: Eamus ad communem errorem! vid. Abr. Scultetus Id. Cone. Dom. p. 554. B. Luther: Colloqu. Menſ. c. 33. p. 310. Plura de Gregorio vide ap. Platin. in vñ. Pontif. p. 97. Sigon. Lib. III. de regno Ital. p. 67. Marsil. Ficin. de Translat. imp. c. 5. p. 227.

§. XXVII.

Quin de Fabiano Klolio, Rectore Lignicensi, & Dieterico de Schœney constat, eos Psalmis ita delectatos fuille, ut post obitum illos feretro suo inferri jusserint.

D 3:

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Matthæus Cantacuzenus Princeps magnus Bibliorum amator erat; maximi vero Salomonis Canticum æstimabat.

Id apparent ex Commentario in hoc Canticum ab eo composito, quem Vincentius Richardus a. 1626. Romæ cum annotationibus suis edidit. vid. Magnif. D. Val. Ern. Læscheri Diff. cit. §. 20. Dictatur vero hic liber ob præstantiam suam Canticum Canticorum, idque ab ipsis Judæis (non quidem ante trigesimum etatis annum) in Synagogis lectum est. Neque illud Salomo ex ardenti & cœco quasi concubinario amore, uti Castalio ac Anabaptistæ volunt, sed amore cœlesti flagrans conscripsit. Hinc Augustinus L. 17. de Civit. Dei c. 20. ait: Canticum est sanctarum mentium spiritualis voluptas de Conjugio Regis & Reginae, hoc est, Christi & Ecclesie. Quin Hebrei ipsi dicunt: Absit, ut Canticum Canticorum de rebus obscenis agere statuamus, sed est tropicum: alioquin, nisi magna esset excellentia, non scriptum esset in Catalogo sanctorum Scripturarum. Dilb. Eleæt. L. III. c. 4. p. 404. 405.

§. XXIX.

De Hieronymo Gerardo dicitur, quod Esaiam Prophetam non solum diligenter legerit, sed etiam in sepulchro secum abscondi curaverit.

vid. L' Esprit de Guy Patin. p. 28.

§. XXX.

Cœcilia, nobilis Virgo Romæ, Novum Testamentum nunquam deposituit, sed illud tanquam laborum ac itineris comitem secum in finu assidue gestauit.

vid. Sabellicus Lib. II. c. 7. Erat hac plane aliena a Cardinalis David Betonii, & Jacobi Hamiltonii mente, qui consiliis suis eorum perducebant, ut N. T. lectio in Scotia prohiberetur. Georg. Buchan. L. XV. Hist. Scot. p. 518.

§. XXXI.

Ultimum Bibliorum S. amatorum constituo Joh. Reinhold Packul, intimum Russorum Imperatoris Consiliarium & Plenipotentiarium, qui M. Lorentz Hugenio, militæ tam temporis Pastori, & confessiones ejus excipienti, Novum

vum Testamentum morti proximo donabat his verbis:
Hic tibi carissimum thesaurum meum, quem rebus omnibus terrestribus prætuli, & maximi feci, hoc est N. T. meum cum versione Ariae Montani, quod meum Vade mecum in exilio fuit, offero.

Hic Parkul a. 1707. Sveciae Regi traditus quam violentam & acerbam perpeſiuſ fuerit mortem, sine lacrymis ferme audiri aut legi nequit. Ejus Testamentum N. f. posſidere jam Vir ἀναπτέρας, Dn. M. Job. David Schreber, illuſtris Scholæ Misenensis Corrector immortaliter meritus, idque a Viro Excel. Dn. Elia Grubl, (quem una cum Prænob. Dn. Fratre Godfreo Grubl, divina benignitas diu servet!) accepisse dicit.

§. XXXII.

Optandum vero nunc eſſet, ut omnes pifciculi Chriſti tanto hujus libri vero duleiſimi desiderio flagarent, & de ſe dicere poſſent:

Una ſalus mihi ſunt ſacra Biblia, & una voluptas

Queis perſcrutandis immorat: immoriar!

Dulcissimum merito voce ſacrum codicem, ideo enim cum Manna pulchre comparatur. vid. Binchius Mellif. T. I. p. 37. ap. M. Baum. in Anal. Alleg. p. 67. Hinc & Chrysostomus inquit: Quod ad augendas vires corporis ſenſibilis ille cibus facit, id anime lectio Bibliorum preſtat. Hom. 29. in c. 9. Genef. f. 153.

§. XXXIII.

Namque ad hanc φιλοθείαν unumquemque ipſe titulus, quem a Duce ſuo Chriſto gerit, impellere & amica quadam vi pertrahere debet. Quomodo enim verus Chriſtianus vocabitur, niſi voluntatem Chriſti in ſacrarum literarum monumentis expreſſam & accurate delineatam ſedulo cognoscat, & ad eam vitam ſuam iuſtituat? Quomodo obediens Domini ſervus audiet, ſi mandato ejus, quo ἵερων τὰς γραφὰς præcipit, pertinaciter relugetur, Iudeorum forte fulmine territus, dicentium: Gentilis (Chriſtianus) operam dans legi reus eſt mortis, & aut Pontificiorum Doctorum Sanctuarium profanis ocludentium dogmatibus adſtipulans, quos jamdudum ſolide refutarunt

nostrates Theologi. 3) Quomodo is Sacerdotis γ) nomen merebitur, si Biblio S. que vere sunt בָּתְהַמְּרָשׁ h.e. domus Sanctuarii, uti a Rabbini scire appellantur, vel propter stylum leviorum, δ) vel alias ob causas alto supercilium negligat, inque futilibus scriptis sumnum Bonum latere acutum, cum tamen hic codex sola sit vita regula, tam a Goele nostro ε) quam ab Antonio Eremita Monachis normam vita perentibus prescripta. ζ)

α) *Sauhed. cap. 7. S. 6.* β) *Horum sententias in Compendium miss. et D. Job. Andr. Quenstedius in Diff. de lectione Scripturae S. Lactici concordia, in alma Leucorea a. 1676. venitulata.* γ) *Sacerdotis nomine ab ipso Christo ornantur Christiani, Apoc. I. 6. nam omnes sunt Sacerdotes, si non professione, tamen confessione.* vid. D. Calvini Christiani nominis dignitas ex Regali Sacerdotio ex Exod. XIX. Sect. 6. & i. Pet. II. 9. S. III. quest. 1. 2. p. 32. 33. D. Speneri griffi. *Priesterthum p. 70. sq.* δ) *S. Biblio ob tenorem dicendi characterem sepius contentum haberi, indicat Lactantius scribens: Hac in primis causa est, cur apud sapientes & doctores & Principes hujus Seculi scriptura S. fide carcat, quod Prophetae communis ac simplici sermone ad populum sunt locuti, Instit. divin. L. V. c. 1.* Hinc Petrus Bombarus a Collega admonitus, ut sacris literis operam daret, respondit, se femei in vita S. Biblio legisse ac valde fuisse offenditum & propter genus dictiorum, & propterea ipsas, obseru. Alexand. Alesio Comment. in 2. Tim. In his Sadoletum in explicatione Pauli ad Romanos Epistola occupatum monebat: Omitte has nugas, non decent gravem Virum tales ineptie. vid. D. Strigel. in Explic. Ps. 4. p. 30. Simile resertur de Angelo Politiano, qui interrogatur, an S. Biblio legisset, respondisse fertur: femei perlegi librum istum, & minquam collocavi pejus tempus ultum. zeta) *Josius in Elog. c. 38. p. 88. Gregor. Michael ex notis ad Gaffarelli Curiosit. inaudit. p. no. Phil. Mornaus de Verit. Relig. Christ. c. 26. Negat id Voss. de Poet. Græc. & Lat. p. 82. sed refellit eum Cren. in Animadiv. Philol. & Hisp. P. III. p. 23. & 26. 27. ε) De hujus vocis vi vid. Philologorum Ocellus B. Glaffius Phil. S. Lib. II. pag. 479. & Onomatol. Meissii Prophet. Cl. III. §. 6.*

§. 6 p. 67 68 *Hact. Demonstr. Evang. Prop. 7. §. 13. pag 523.*
 & Wolff. *Leet. mem. Cent. III. p. 73.*

§ XXXIV.

Cum primis vero necessarium est maximopere, ut Flores Sacerdotii a) & ψυχής Φυλακες b), seu verbi divini Ministeri literas sacras diurna nocturnaque versent manu, quo eloquentia sacræ penu instruantur, & cum Pericle c) dici possint: λέγειν καὶ πράσσειν δικαίωσι, & cum Apolline ἀνδρες λογιστὶ δυνατοὶ ὄντες ἐν ταῖς γεράθεις, siquidem vis sacri ministerii haud in πειθαῖς d) Σεπτημὸνος σοφίας λόγοις sed in εὐθεῖαι καίνουσσας καὶ δυνάμεως consistit.

a) *Rabbiin רַבִּים* vocant *Theologie cultores*. vid. Buxtorff. p. 622. *Fagius ad Levit. XVI. 17. in Op. Angl. T. I. p. 809.* b) *Ita eos Constantinus M. appellavit ap. Euseb. Pamphil. de vita ejus L. II c. 4. c) Thucyd. L. I. p. 92. Aet. XVIII, 24.*

C A P. II.

DE

LIBRORUM THEOLOGICORUM AMATORIBUS.

§. I.

Libros Theologicos, in quibus vel Theologiae & fidei præcepta, vel piæ meditationes continentur, ab omnibus pietatis Studiois evolvi ac legi posse, nemo facile diffitebitur. Veluti enim aliis in rebus, ita & hic varietas delectabit, si sacrarum literarum lectioni summorum Virom scripta profundæ meditationis atque eruditio[n]is sedulo adjungantur.

§. II.

Non vero abs re erit, si in horum numerum Megalandri nostri Lutheri Catechismum referamus. Hunc quanti fecerit Joh. Fridericus III. Elector, ex illa Lutheri Catechesi Germanica manu Johannis Saxonie Electoris in membrana scripta, quæ in celeberrima Bibliotheca Gothana (cujus nuper Catalogum evulgavit Summe Rev. D. Ernestus Salomo Cyprianus, grande Orbis literarii Decus, & Serenissimi Ducis Gothani Ocellus) servator, & cuius fol. ultimo hæc verba leguntur: *Dies Buch hat Ehre fürst*

E

fürst Johannes mit eigenen Händen geschrieben, welches mir deßhalb lieb seyn sol, und nimmer von mir kommen. Gott helff, daß ich daraus fromm und selig werde. Amen. Joh. Friesdrich der dritte.

§. III.

Quin Fridericus, Dux Lignicensis, & Fabianus Klausius jam citatus, hunc Catechismum in tanto habebant pre-
tio, ut eum tumulo suo imponendum mandarent.

§. IV.

Cyprianus, Episcopus Carthaginensis, Vir pietate,
doctrina, eloquentia & martyrii gloria clarus, sine Tertulliani
lectione diem nullum transmittebat, semper clamans:
Da Magistrum! Tertullianum intelligens.

Taffus Cecilius Cyprianus Sec. III. vixit, & a Cæcilio, Presbytero
Carthaginensi circa annum 246, conversus est. Cum exorta
Christianorum sub Decio Imp. persecutione Leonibus objicien-
dus esset, latebras querebat, & idcirco publice a curia Eccle-
sie excludebatur. vid. Pontius Diaconus in vita ejus. De ejus
Stylo vid. Th. Cren. Diff. de Singul. Script. p. 103. Habent ve-
ro hic in Scholis quem imitentur juvenes, siquidem it tam gra-
tus erga suum Magistrum Cæcilius erat, ut ne quidem nomen
ejus assumere vereretur. Huic Tertullianus florentissimus Car-
thaginis Presbyter, non ob Latina Lingua elegantiam, sed ob
res maxime legebatur, siquidem it asper inter dum, &
in suo loquendi genere spinosus est. Hinc B. Th. Igitur de
pedilario Christi §. 29, p. 25. luxuriantis Styli Scriptor appellat-
tur. Et Gisb. Voctius scribit, tantam ejus esse obscuritatem,
ut vulgares animas plane dejicere, nobiliores vero fatigare que-
at, in Cauf. desp. pap. p. 467.

§. V.

Cosmas Athanasii scripta, Drexelio teste, tanti exti-
mavit, ut Basilio Abbatii consilium hoc suppeditaverit:
Cum inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habu-
eris chartas ad scribendum, illud in vestimentis tuis scribe.
Greg. Nazianzenus Orat. XXI. in laudem Athanasii scribit: Nomi-
ne reque d'avariorum, Orbis Oculus, Antipes Sacerdotum, con-
fesso

sefforum Dux & Magister, vox sublimis, fidei columen, secunda
Cbristi lucerna. Et ibidem sribit: Athanasium laudans ipsam
virtutem laudabo. Quod scripta ejus attinet, obſrvandum,
quod lenitatem magna gravitate conditam adhibeat, stylum
que ſuum materiæ, quam tractat, & illis, quos adloquitur,
accommodet, vid. Cren. d. l. p. 33. 34.

§. VI.

Carolus M. Imp. libris Auguftini, iis cumprimis, quos
de Civitate DEI conscripsit, magnopere delectabatur, ſe-
piusque dicebat: O fi mihi fata duodecim Hieronymos
Auguftinosne concederent!

vid. Aventinus L. IV. Annal. p. 373. Acutifimus hic Hippoſenſum
Præſul a S. Ambroſo ſacro forte intinētus eſt, unde & Medio-
lani ad australē Basilica Ambroſiane partem facelluni extat,
in quo cum baptizatum eſſe tradidunt. vid. Mabillon, in Muſ.
Ital p. 16. De Converſione ſua a Manicheismo ipſe egit Lib. V.
Confefſ. c. 14. Lib. IX. c. 12. & Lib. IX. c. 5. 6. Huic celeſtis elo-
quentiæ torrentem, domum DEI ſacundis doctriñæ rixis exhilaran-
tem (uti Nic. Causino L. III. de Eloquentia cap. 14. p. 174. di-
citur) reliquis omnibus nonnulli præferunt, & præ aliis legen-
dum putant. Quare & Remigius Antifiodorensis de ipſo dicit,
quod ita excederit omnes in ſcripturarum expoſitione, ſicut ſol in
lumine excedit omnes Planetas. vid. Gerhard. Method. Stud.
Theol. p. 280.

§. VII.

Erasmus Francisci Confefſiones Auguftini manibus
perpetuo terebat, cui libello cum nomine & cognomine
ſuo hos duos verſiculos Germanicos præſcripſerat:

JEſu, du mein h̄chſtes Guſt,

Dir verſchreib ich Herz und Blut.

Ubi voces, JEſu, du, dir, ich, Herz, Blut, proprio e digito
ejus ſanguine ſcriptæ erant.

Hic Franciſci Lubeca a 1627. natus Henrico Friderico, Comiti a con-
ſiliis erat. vid. Magnif. Du. D. Henr. Pippingius, illa eruditioſis
ac Virtutum Paſteſtra, in memor. Theolog. p. 1078.

§. VIII.

Franciscus Svarez Augustinum magno studio lectoribus, ita ut eum demum memoria teneret.

vid. Balbin. Verosim. c. V. p. 128.

§. IX.

Conradus Rittershusius, Prof. Pandectarum Altorfii, Nazianzenum diligentissime legebat, unde & Nazianzenus redivivus sēpenumero cognominabatur.

Hic a. 1560. natus, & a. 1613. tabe consumptus obiit. Præter Nazianzenum Autores Graecos diligentissime legebat, Graecarumque literarum florem conservare integrum allaborabat, quod in Thebridis Sacerdoti varum. Habent vero hic Juvenes, quem imitantur, ut licet Jurisprudencia studiis animum applicent, Graecam tamen Linguam addiscant, certissime perjuasi, politica Studia sine Gracis literis degustari fortasse posse, bauriri non posse, ut loquitur Imhof. in Politico Graeco, edit. Norimb. 1658. p. 150. Quare & Egidius Menagius recte dixit, sine bujus Lingua cognitione non nisi semidoctum aliquem evadere posse. vid. Menag. T. II. p. 32. Jēto vero bujus Linguae studium convenire, pluribus demonstrat Dictericus p. 54. & Dn. D. Goetz. in Principe Graecæ docto §. 70. p. 44.

§. X.

Ezaias Nietner, Hæreditarius in Rodomeuschel, Thomam a Kempis tanto prosequebatur amore, ut libellum ejus de imitatione Christi feretro suo imponi juberet.

Thomas a Kempis, Vir pietate maxime insignis, propriæ Malcolius vocatur, & libellum utilissimum de imitatione Christi scriptissimum fertur, quod quidem ab eruditis quibusdam vocatur in dubium. vid. Acta Erud. 1693. p. 213. f. & a 1695. p. 687. conf. Mollerius Homonymos. p. 567. Hujus visendi causa multi in Ultrajectinam ditacionem, ubi degebat, longa itinera suscipiebant, perinde ac Thalassistris Regina visendi Regis Alexandri M. cupidine accensa finibus sui regni excedebar. Curt. L. VI. cap. 5.

§. XI.

Andreas Masius, Abbas Wingartensis, pullice testabatur, quanti B. Lutheri opera faceret, cum in frequen-
tissi-

tissimo Lutheranorum pariter ac Pontificiorum confluxu fateretur, in horum una pagina plus esse solidæ Theologiae, quam interdum in toto libro aliquus Patris.

vid. M. Joh. Gottlieb Moller Disp. de Lutheri colloqu. Mensal. Ro-
stock. 1693. hab. in proem. p. 4. Non opus est multa de scriptis ejus
in medium afferre, cum per se unicuique se commendent. Consen-
tit autem cum hoc Matio Dn. D. Hesychius in pref. eruditissimi
de Ecclesia libri scribens: Ex multis Historiis doceri potest, post
Apostolorum ulla unquam tempore singulos fidei Articulos tam proprie-
perspicue & solide explicatos esse, atque in scriptis Lutheri repe-
riuntur.

§. XII.

Elisabetha, Angliae Regina laudatissima, Philippi Melanchthonis Locos Theologicos singulis diebus post sacra-
rum literarum lectionem adiit, multotiesque perlegit.

vid. Rogerius Aschanus in Epistolis. Hec vix annum duodecimum
egressa artem Geographicam, Mathematicam, Arithmeticam
& pictoriam optime caluit; cui accessit Historiarum rerumque
Mechanicarum & linguarum cognitio: locuta enim est Latine,
Gallice, Italice, Belgice, quin Graecam mediocriter calluit, &
versus faciles fudit. vid. Cambdenus in apparatu ad annales El-
isabethae p. 10. Conf. vitam ejus Germanice scriptam P. I. p. 139sq.
Illa enim πολύγλωττος esse minimam partem eruditioris esse
coigitur cum Thomasio Introd. Logica c. i. §. 38. 39. p. 75.

Hic non possum non mentionem injicere singularis fati, quod Melanchthonis Locis communibus accidit: Illi enim, teste Josepho
Scaligero, Venetis sub nomine Philippi a Terra Nigra editi,
& tanta aviditate lecti sunt, ut exemplaria non sufficerint,
donec illud arcana Franciscanus quidam detegeret, atque
contesteretur, Philippum a Terra Nigra esse Lutheranum Mel-
anchthonem, quo facto exemplaria igne combusta sunt.
De iisdem Locis Communibus legitimus, quod Melanchthonis se-
pulchro fuerint allati.

§. XIII.

Jacobus de la Gardie, Sueciæ Heros, Arndtii libros
de vero Christianismo inter armorum strepitus perlegit.

E 3

vid.

vid. Feustel. de vir. Erud. Germ. p. 93. Is exemplo suo egregio docet, Herculem & Palladem, Martemque cum mitioribus Muis facile conjungi posse, quod & demonstrant tot exempla Alcei, Iuli Cesaris, Constantini Hugenii, Silii Italici aliorumque. vid. Dn. B. Menckenii illustre illud Historiae & literarum seculi nostri Lumen; in Diff. de Viris militia eque ac scriptis illustribus, Lips. 1708.

§. XIV.

Würtenbergensis ille Princeps Christophorus, qui a. 1568. e vivis excessit, Joh. Brentii, summi Theologi, Commentarium in Esaiam tanto complectebatur amore, ut eum post obitum suum pulvinari suo supponi jussit, ad indicandam fidem, qua mortem obiisset.

vid. Serpil. in Epit. Theol. Svec. p. 128.

§. XV.

D. Obrectus, ICTus Argentoratensis, etiam morti proximus testatus est, quanti semper Valerium Herbergerum aestimaverit; Ejus enim partem Magnalium DEI tumulo suo inferri mandavit. Imo Jacobus Monavius, Patriitus Uratslaviensis, primam horum Magnalium partem utraque manu pectori imprimens in sepulchro quiescit.

Hic Herbergerus a Patre Ecclesia consecratus, a vitrico Mechanicis laboribus, & sellae futoriæ destinabatur, sed a Martino Arnaldo, Fruatadiensem Ecclesiastæ, ad Scholam, sive ad Ecclesia functiones revocabatur. vid. Feustel. l. c. p. 98. De singulari ejus educatione ac fatis vid. Prefat. ipsius Herz. Possidit recens. Lips. 1697. & ibid. Dom. I. Epiph. nec non in seiner Trauer Binden Tom. VI. p. 107. De symbolis ejus vid. D. Goetz. in sua peculiari scripto. Scripta ejus eruditissima sane ab omnibus legendâ, inque usum sunt convertenda, namque ibi veluti ex mensemo jucundissimarum meditationum horto optimos pie tatis atque solatii flosculos colligere licet.

CAP. III.

DE LIBRORUM PROFANORUM AMATORIBUS.

Dum supra Clasf. I. c. 3. §. 4. demonstravi, profanos Au-

Auctores omnino legendos, & cum Theologicis fororio
quasi vinculo conjungendos esse, haud supervacaneum du-
co, eos quoque recensere, qui certum quendam Auto-
rem maxime in deliciis habuerunt.

§. II.

Hoc fatum vero imprimis desertissimo Romuli Nepo-
tum Tullio contigit, utpote qui ob summam eloquentię
ac Styli elegantioris laudem tōt omni ætate habuit amato-
res, quorū non aliud quisquam.

*Non necesse erit hic de Cicerone multa proferre, cum Christoph.
Preyff. Pannonius, & alii ejus vitam delineaverint, & Cl. Dn.
Walchius, Fautor & Amicus noster e paucissimis dilectissimus pro-
fixa eis vitam medietetur. Neque opus est memorare elegia,
que Adamus Theod. Siberus in Dialogo ac Academicarum Vol. II.
p. 330sq colligit, ubi conf. Cren. T. I. Method. p. 222, 242, 260. de
laudibus Sturmii Ciceroni tributis, & Borrichius p. 358, 376. de
Scioppio. De scriptis ejus spuriis Celeb. Fabric. in Bibl. Lat. p.
14. 15. egit. Falso vero affirmatur a quibusdam, eum non Po-
tam suisse. Quis enim nescit naturę ejus bonitatem atque dex-
teritatem, qua quingentos una nocte versus facere se penume-
ro solitus fuit? Et quis ignorat Arati Phænomena e Græco in La-
tinum ab eo per adolescentulō hexametris verisiblē eleganter ver-
sa? Quis ignorat alia Poemata, que quidem temporis injuria
intercidērunt?*

§. III.

Inter eos primum nomine Alexandrum Severum, Im-
peratorem laudissimum, qui Ciceronis librum de Offici-
is magni fecit, semperque in manibus habuit.

*Hic Imper. omnibus virtutibus erat cumulatisinus, & favorem
suum erga Christianam gentem vel eo declarabat, quod dictum
Christi: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; per praco-
nem sepissime repetierit, & quod in larario suo imagines Chri-
sti habuerit vid. Lamprida, in vita ejus. Eutropius Lib. VIII. cap.
14. Zosimus Lib. I. cap. n. sq. Severi autem nomen ipse peperit
admiranda & singularis quedam constantia, qua contrā mili-
tes suos usus est, ut memorat ex Lampridio Godescalcus, Stevvechius
Com-*

Comment. ad Veget. Lib. III. c. 10. p. 324. Conf. D. Job. Paul Hohenstreich de primis Christianis Imperatoribus cap. II. §. 2. p. 21.

§. IV.

Ferdinandus Imp. Officia Ciceronis tam familiariter nota habuit, ut totas saepe sententias in gravissimarum rerum deliberationibus recitare ex prompta memoria solitus sit.

§. V.

Ludovicus XII. Galliarum Rex in haec Officia parem amorem fovit, ac ea in Linguam Gallicam conversa exsculatus esse dicitur.

Ludovicus, qui a. 1515. obiit, ut multis egregiis virtutibus eluxit, ita justitiae laude maxime claruit, unde & cognominatus est iustus Thuan. Lib. I. p. 3. Quo cognomine alias innoverunt Jacobus II. Arragonum Rex. vid. Hieron. Blanc. f. 663. Conf. Hieronymi Pauli Seriem Reg. Hung. f. 841. Johanne Marchio Montifferrati. vid. Reusn. Op. Gener. f. 365. & Ludovicus XIII. vid. Mercur. Franc. T. XX. f. 830.

§. VI.

Desiderius Erasmus, Vir ingenii praestantissimi summae eloquentiae, totos septem annos Ciceronem legit, quo eum imitaretur, quod tamen re ipsa eum non offendisse e Dialogo ipsius Ciceronianus patet. Et quantum fecerit librum de Officiis, ipse indicat, scribens: Non possum legere librum Ciceronis de Officiis, quin aliquoties exosculer codicem, ac venerer sanctum illud pectus, afflatum cœlesti Numine.

Roterodamus dicitur a patria, quanquam eam non Roterodamum, sed Goudam fuisse, eoque illum non Roterodamum, sed Goudanum nominandum fuisset probet Almcloven. in Amoenitatis p. 38. Huic adversarii quidam naturam arrogantem tribuerit, manifesta rei vestigia, Dei quippe termini imaginem in anno lo eius literis signandis destinato deprehendi arbitrari, cui epigraphae addita: cedomulli. vid. M. Christ. Juncker (cuius immaturum obitum deplorat Orbis eruditus) in vita Lutheri nummatibus illustrata p. 134--137.

§. VII.

§. VII.

Aonius Palearius Verulanus, maximus amator Tullii,
eiusque felicissimus in Epistolis & re Oratoria imitator extitit.

vid. Job. Cleric. Art. Critic. P. III. p. 187. Crenii Animadv. Phil. Hist. P. II. p. 18. sq. Hic cum de meritis mortis Iesu Christi scripsisset librum, dixi: sedque, Inquisitionem esse sciam in literatorum districtam, vincetus Romanum adductus, & iussu Pii V. Pontificis a. 1566. combustus est. vid. Thuan. Lib. 39. Baillet T. IV. des jugemens des Scavans P. III. p. 290. 91. Itaque similem ferme fortunam expertus est cum Papiniiano faire Confusio, qui cum cedem ab Imp. Caracalla in fratre Geta patratam defendere jubetur, idque recusans dicret, non tam facile excusari quam fieri paricidium, ipsi caput amputatum fuit. vid. Horn. Hist. civil p. 322. Hiibn. Quaest. Hist. P. I. p. 428.

§. VIII.

Antonius Augustinus, Archiepiscopus Tarragonensis, senio confessus quotidie Ciceronem legebat.

§. IX.

Andreas Dudithius ab Horehovitza, Episcopus Csoniensis, tantus Tullianae eloquentiae sive admirator sive sectator erat, ut totum Ciceronem ter manu sua describeret.

Hic Bude in Hungaria natus a. 1533. Episcopus Quinque-Ecclesiensis designatus fuit, magnasque legationes sub Ferdinando I. Maximiliano II. atque Rudolpho II. summa felicitatis atque prudentie laude obivit. A partibus quidem Pontificis stetit, magnopere tamen πονηριαλεύχια impugnavit. vid. Czuitting in Specim. Hungar. Lit. p. 125. Teiss. addit. ad Thuan. P. II. p. 102. sq. Cren. Animadv. Phil. Hist. P. II. pag. 138. Bezae Epist. p. 1. Observat. Halens. T. V. p. 3646.

§. X.

Petrus Bembus adeo Ciceronem amabat, ut religio ipsi esset scribere aut dicere aliud, quam ab illo scriptum vel dictum, unde ab eruditis Ciceronis simia vocatur.

vid. Voet. Disp. select. P. II. p. 608. Dieter. Proleg. Antiq. Bibl. p. 29. Hic Patricius Venetus a. 1470. natus a Paulo III. Pontifice Romano

mano in Purpuratorum Patrum numerum adoptatus, & Leonis X. a secretis intimis fuit. vid. Job. Casamin vita ejus. Lans. O-
rat. contra Ital. p. 736. sq. Is imitatus est Ciceronem adeo, ut sa-
lus ille Ciceronis stylo proximus. Tantum enim verborum in-
stitutum selectum, ut nulla Greca, que tamen civitate Latina do-
nata sunt, usurpet. Sic voc. Ecclesiæ rejicit, & pro ea sem-
per ponit Rempublicam Christianam; sed nimis rigorose illa
stbi postulat. vid. Catalog. Biblioth. Schrad. n. 1469.

§. XI.

Christophorus Longolius, Jure Consultus Parisiensis,
per quinque annos continuos nullum alium Auctorem pre-
ter unum Ciceronem legebat.

Hic Mechlinii, noto Gallia Belgicae oppido, a. 1489. natur, a. 1522.
denatus est. Is cum toto vite tempore plus Ciceroni quam re-
ligione studiisset, ne Ciceronianæ hæresis reus a cœli clavis
repellereatur, moriens Minoritano habitu sepeliri voluit. Wolff.
Lecl. Memorab. T. II. Cent. 16. p. 342. De nimia vero hac ejus
imitatione Tullianæ elegantie haud bene sentit Ludovicus Vi-
ves de conscribendis Epistolis, dicens, verba illum habere Cice-
roniana, sed sensu inceptiorem esse, propterea quod dicta gran-
diaribus exiguis aptarit. Plura de eo habent Jovinus Elog. cap.
67. Sammarth. Elog. Lib. I. p. 6. Conf. Job. Richardus in vita ejus,
que Francof. 1536. in quarto prodidit.

§. XII.

Paulus Manutius, Vir eruditissimus atque elegantissi-
mus, Tullianos lepores atque Venères tantopere suspicie-
bat, ut in solo eo imitando omnes industriae nervos inten-
deret.

Hic Venetiis Patre Typographo Aldo Manutio a. 1512. natus est, a. 1574. e vita discessit, ac propter elegantem eruditionem multis
ornatus est laudibus. Carobus Sigontius omnis elegantioris do-
ctor, & Latina eloquentia Principem, append. Disp. Patavin.
f. 618. Rudolph. Goelenius reliquis omnibus præferendum, & le-
tū dignissimum, Ciceronis velut germanum filium, Prolegom. p.
428. & Hieron. Mercurialis Lib. VI. Var. loff. c. 7. p. 206. omni-
um post Ciceronem eloquentissimum cum appellat. Quin o' pa-
nagyrus Morboffius de conscrib. epist. p. 15. inquit. Purissimus
san

*Sane Autor est P. Manutius, ac pene unicus e recentioribus, quem
ego Ciceroni fungi posse arbitror.*

§. XIII.

Johannes Sturmius, Professor Argentoratensis, Ciceronem quoque valde amavit, unde select Epistol. ejus Lib. 3. in usum puerorum, Commentarios & emendationes in omnes Cic. Orationes & libros Rheticorum edidit, ac vulgo Germaniae Cicero appellatus fuit.

*Sturmius Sleda a 1517. in lucem hanc editus est, & a. 1589. e vita
migravit. Ob eruditionem Imperatoribus Carolo V. Ferdinando,
Maximiliano II. & Galliarum Regibus Francisco II. & Henrico II. impensis carus fuit. Vitam ejus descripsit Melch. Adami
in Vit. Philos. Germ. p. 342. sq. Clarm. P. I. p. 139. sq. Fuit oīψιο
μαθητής, & in senio Hebraicas literas didicit. Julianis senten-
tiam amplexus Καὶ τὸν ἔπειρον πέδῳ εἴ τη σωσθεῖχω. περσικα-
δεῖ τι Βελούδην, L. 20. ff. de Fideic. lib. Phura exemplia de hac
materia legi in Dau. Gvil. Molleri Disp. de Optimaria Altiorissi
1694. & in D. Sebāst. Kovboldi Diff. de studio senili Kil. 1701. hab.*

§. XIV.

Sadolerum, Petrum Masseum aliosque sicco pede jam
transeo, utpote de quibus inter omnes constat, eos in imi-
tando Cicerone multum adhibuisse laboris.

§. XV.

Recentissimum ac illustrissimum habemus exemplum
in Viro Excell. Barone Henrico a Friesen, antea Consilii ini-
timi Electoris nostri Scirenissimi Directore, nunc inter Cœ-
lites agente, qui aureum Ciceronis de Officiis librum fe-
cum in mensa semper habuit, illumque matutino tempore
post sacrarum literarum lectionem, nisi concatenatis nego-
tiis impeditebatur, perlegit.

§. XVI.

Tullium excipit Julius Cæsar, Scriptor nativa sua fa-
cilitate atque elegantia præstantissimus. Hunc Selinus Tur-
carum Imp. tanti aestimavit, ut Commentarios ejus Lingua
Arabica verti justeret; quo facto eas ex ipsis haesit artes, ut
Cæsaris exemplum imitatus brevi tempore magnam Asiae mi-
noris atque Africæ partem Majorum suorum imperio ad-
jecerit.

vid. Fenstel, in vit. Erud. Germ. p. 107. Julius Cæsar primus Romanorum Imp. eloquentie doctrina non minus, quam incredibili animi rigore rerumque gestarum magnitudine clarissimus, in curia a conjuratis confessus occubuit a. U. C. DCCX. Ad stylum ejus quod pertinet, observandum est, nihil detortum, nihil affectatum, nihil paucile, sed puram, savorem, amique lenissimum similem dictioem his Commentariis inesse, unde & a Schurzfeldio scriptor lenissimus vocatur. vid. Caesari. L. III. de eloq. c. 14. Voss. de hist. Lat. L. I. cap. 13. Quare svalendum est omnibus scholasticis cunprimiri, ut Cæsarem diligenter legant, ipsique juxta Ciceronem primum locum affigunt.

§. XVII.

Quin ejus filius Solymannus, itidem Turcarum Imperator crudelissimus, eundem Cæsarem Vernacula Lingua lectitavit.

§. XVIII.

Alphonſus Rex ubique locorum in bello Cæsaris Commentarios fecum circumgestavat, sancte affirmans, se regna, quam meliorum literarum cognitionem perdere malle.

vid. Anton. Panorm. de diēt. & fact. ejus Libr. II. c. 14. 15.

§. XIX.

Ex recentioribus hic nominandus venit Escalonæ Dux, Pro-Rex Neapolitanus, qui cum a. 1694. ad Sambrocum flumen in prælio impedimentis exueretur, non nisi Julii Cæsaris Commentarios cum Petri Silvani Regis systemate Philosophico conservari volebat.

vid. Fontenelle in Hist. restaurationis Academie scientiarum edit. Paris. a. 1708. p. 245.

§. XX.

Antonius Pecatellus, Italus, prædiolum suum vendisse perhibetur, ut Titi Livii, quem Regem librorum appellabat, exemplar a Poggio Florentino emeret.

vid. Gallof. Tractat. de Bibliothecis celebrioribus Europe p. 54. 55. Livius patria Patavinus sub Tiberii imperio floruit, & Historiam rerum a Romanis gestarum conscripti, ob castissimam Latinitatem maximamque sermonis gravitatem atque copiam Romanamque Historiam maturioribus veljam excitatissima ingenio omniō legendam. Est enim Vir mirificundie, & non im-

merito Balch. Bonifacio de Romanæ Hisp. Script. Lac Musarum, mare tranquillum ac anima eloquentie vocatur. Erat vero optimo in pretio, ut multi effigiem ejus supra Prætorii foros in patria posuerint, injectum ori digitum habentem. vid. Colomes. in Cimel. Liter. cap. 17. Et Alfonius Aragonum Rex a. 1451. os brachii Liviani a Republica Patavina impetrans Neapolim deportandum curabat, tanquam sacras tanti Viri reliquias. vide le Vayer T. III. p. 182.

§. XXI.

Carolus V. Imp. lectione Historiae Ludovici XI. a Philippo Cominæo scriptæ, & Historiae Thucydidis mirifice delectabatur.

vid. Thuan. T. III. Lib. 21. p. 338. Camer. Hor. Subcif. Cent. III. cap. 67. Feustel. L c. p. 107. Cominæus a. 1446. natus, Ludovico XI. & filio ejus Carolo VIII. a camenis fuit, vid. Sammarth. Elog. L. I. p. 7. s. Ipsiæ Commentarii rerum gestarum Ludovici, ubi multa prudentie præcepta invenies, Lingua Gallica conscripti, a Job. Sleidanu & Casp. Barthio in Latinam, a Casp. Hedione in Germanicam, a Nicolao Rentzio in Italicanam, & ab Anonymo in Lingua Anglicam translati sunt.

§. XXII.

Ferdinandus I. Imp. tantopere amabat Joh. Sleidanum, ut eum inter prandendum quoque legeret.

vid. Paullini Philos. Qust. Stunden P. I. p. 87. Sleidanus a. 1506. natus Sleide, a. 1556. denatus, a patria sua nomen mutatus est, cum antea diceretur Job. Philippon. Fuit legatus Argentoratensis. vid. Adami in vit. Philos. p. 176. Georg. Horn. in pref. ad Leit. Sleidani de 4. Monarch. Tileman. Disc. Phil. p. 246. Bodin. in method. Histor. cap. 4. p. 51. Sagittarius Introd. in H. E. p. 106. Boeclerus cum accuratæ circumspectionis scriptoriæ appellat. in Historia Schol. Principum cap. 2. §. 8. p. 108. & in Dissert. de Utilitate ex Historia Universalí capienda p. 141. Sleidani, inquit, libellus, de quatuor summis imperiis, quantum in illa exiguitate fieri potuit, Auctoris prudentiam abunde prodit. Hic Sleidanus post absolutum Historiarum opus tanta morbi atrocia labefactatus adeo diciatur, ut ne quidem trium filiarum vel admonitus reminisci pos-

tuerit. vid. Adam i. c. Job. Schmidius in Schul-Predigten Append. Chronol. p. 273. Ludovic. Vives Lib. II. de Mus. corrupt. art. T. I. p. 359.

§. XXIII.

Theodorus Gaza, eruditus Græcus, aliquando interrogatus, si necesse foret, libros omnes in mare præcipitari, quem postremo esset demersurus, Plutarchum respondit.

vid. Roland. Mares. Epist. 24. Hic Gaza a. 1478. obiit, & Cicero-nem de sene&ctute in Linguam Græcam translatis. vid. Jov. Elog. c. 26. Quod ad Plutarchum spectat, is Cheronea natus, Historia Græca erat callentissimus, quamvis literas Græcas sene&ctus didicerit, ut ipse testatur in vita Demosthenis T. VI. Opp. p. 1552. Hinc Dan. Heinsius ipsum Compendium sapientiae, prudentiae thesaurum, mare antiquitatum utriusque gentis & divinum quendam promiscundum appellat Orat. VIII. p. 99. Alia elogia lubens pratereo, qua tamen videri possunt in Prof. Horruli Græci, libelli utilissimi, quem præstantissimus Philologus, Dn. M. Schreber, Praeceptor quandam noſter, nunc Fautor omni obſervavia ac candore colendus, a. 1710. in usum illuftris Afranci edidit.

§. XXIV.

Imo Johannes Metropolita, qui sub Alexio Comneno vixit, si alicui ex gentilium sapientibus aeternorum suppli- ciorum venia refret, eam nemini magis a Christo se expe- tere, quam Platoni & Plutarcho affirmavit.

vid. Fabric. Bibl. Græc. L. IV. c. II. p. 331.

§. XXV.

Hieronymus Fracastorius adeo delectatus fuit antiquorum historias & illustria clarissimorum Virorum facta per- legere, ut Plutarchus atque Polybius ex manibus fere nun- quam exciderint.

v. Vitas Gryph. p. 9. Erat Medicus, Poeta & Astrologus celebris, Ve- rona natus, & a. 1533. fato defunctus. Ipso tenero adhuc infan- te in brachii maternis hærente, ille sed tamen, mater ejus ful- mine percussa est. Unde is postea apud omnem tanti estimatus fuit, ut patria ejus in honorem statuam erigeret.

§. XXVI.

Marcus Brutus, qui Ducis strenui nomen sibi peperit,

Po-

Polybii festioni pene immortuus fuit; Et Constantinus Imp. cum pauca ex aliis in suam Pandecten feligeret, Polybiū ferme totum descripsit.

Polybius Auctōr est optima nota, & unicuique legēndus, quoniam nulli civili prudentia & militari scientia secundus est. vid. Voss. de Histōr. Græc. c. 19. Alexander Morus p. 150 scribit, tantam ip̄sus esse præstantiam, ut Apostolus Paulus Polybianis vocibus in notis ad loca quædam N. T. cerebro usus fuerit. Tanti vero optimi factus est, ut integræ gentes Mantineaenses, Megapolitanos, Pallantenses, Tegeates atque Methydrini, memoriam ejus statuis custodiverint, tēp̄te Pausania, cuius loca citat Dn. Fabric. in Biblioth. Græc. L. III. c. 30. p. 753.

§. XXVII.

Lucullus cum Mithridate pugnaturus, & Scipio Afri- canus Cyropediam non tam ob Historie fidem, quam ad effigiem iusti Imperatoris a Henophonte exp̄ressam, ac virtutum absolutum exemplum capiendum sedulo legerunt.

vid. le Vayer T. III. Opp. p. 24. & Cic. Epist. 1. ad Q. Fratrem. Xenophon militem egit egregium, & occasione hac probe didicit, quid ad Principis boni educationem cum emolumento & ipsius & Reipublice universa instituendam pertineat. Unde & hanc Cyropædiā seu institutionem Principis conscripsit, in qua quid præstiterit, quilibet facili negotio perspicere potest. Recte autem Job. Andr. Quenstedt in Dialog. &c. p. 417. dicit, quod causa antiquitas nativam ejus in dicendo suavitatem, & in affectu tantopere admirata sit, ut ipsas Gratias sermonem illius finisse judicaverit.

§. XXVIII.

Alfonſus Rex in lectiōne Curtii totus erat, eamque in morbo quodam suo validam medicinam experiebatur.

vid. Panormit. de dict. & fact. Alfonſi num. 23. Curtium (de quo multa videri possunt in Loccenii pref. notis Politicis in Curtium premissam) ob argutas & suaves conciones merito legendum suadet omnibus, si jam aliquam scribendi ac discernendi facultatem nasci fuerint, certe enim amatores suos nunquam sine voluptate dimittunt. Controversiam inter Clericum & Perizomium de Curtii Stylo ortam vid. in Act. Erud. Lips. a. 1704. p. 216.

§. XXXIX.

§. XXIX.

Tacitus Imp Tacitum Parentem suum dixit, & ne is periret, decies per singulos annos describi, & in Bibliothecis collocari jussit.

*Quid de Scriptore Tacito, qui ab Ablancoartio Politicorum Oracula nominatur, iudicandum sit, breviter nobis aperit Owe-
nus L. II. Epigr. n. 159.*

*Veracem fecit probitas, natura jagacem,
Obscurum brevitatis te gravitasque brevem.*

*Et certe neutiquam eum suadeo in Scholis legendum, siquidem ob-
nimiam brevitatem paulo obscurus est, & bine lectores suos facile
deterret*

§. XXX.

Justus Lipsius gloriatus fuit, se Taciti Volumen adeo memoria comprehendisse, ut nihil unquam ex illa excideret. Cujus rei probanda causa aliquem pugione accinctum statui jussit, qui, si totum Tacitum recitans verbum unicum omitteret, jugulum ipsius vel pectus confoderet.

*vid. Erythr. Pinac. imag. P. III. n. 1. p. 2. Lipsius quantus, quantus
fuerit Vir, vel ex tot elegitis patet, dum ab Andrea Schotto Belgii
Ocellus; a Pareo Seneca Belgicus; a Rapbclengio Trismegistus
Doctorumque Sol; & a Baudio Pater scientiarum sumenq; eloquen-
tiae vocatur. Plura de eo vid. ap. Aubertum Miraeum in vita ejus.*

§. XXXI.

Richelæus Cardinalis Argenidem Joh. Barclaji assiduis versabat manibus, habebatque quasi præceptriem ac direc- tricem illius regiminis, quo deinceps Galliam venerabil- lem juxta terribilemque ceteris gentibus fecit.

*vid. Vitam Barclaji ejus Argenidi præmissam. edit. Norimb. 1693.
Hic cum ob præstantem facundiam, tum ob rerum gravitatem,
quaferia jocis intermisceret, ab omnibus ametur, quicunque lite-
ras amant elegantiores. Nam est amenissimi ingenii Vir, &
quem cum Forstero ad Lib. II. Tacit. Amal. suo merito omnis
elegantie compendium mihi vocare videor. Quare & elegan-
tissimus Barclajus dicitur Praefatio de Icto vero & perf. §. 7.*

§. XXXII.

Rudolphus Goclenius, Professor Marpurgensis, Exer- citationes Scaligeri, quas in curta sua librorum suppellesti- le diligenter legebat, sua Biblio vocare solitus fuit.

vid. Alstedius in Consil. Acad. & Scholastico.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Beatæ memoriae Lutherus (qui per anagr. Lux vera totius hujus Ecclesiæ Romanæ) Æsopi fabulas maximi æstimabat, legebatque diligentissime.

*Id testatur ipse in Colloq. Mens. p. 570. inquiens: Und als ich ue-
theilen und verstehen kan, si hat man nechst der Bibel keine
bessere Bücher, denn des Catonis Schriften und des Æsopi
Fabeln. Conf. T. V. Altenb. f. 403. An Æsopum unquam in rerum
natura extiterit, multi dubitarunt, eumque, cum Assapbo conflu-
derunt, qui fabulas ex ore Salomonis conceptas consignarit, &
quas posteri deinceps sub Æsopi nomine acceperint, vid. Schutt.
in Compend. Histor. Judaica p. 88. Imo an fabula ista Æsopo sint
adscribende, multum inter Richardum Bentlejum & Carolum
Boyle disputatum esse scimus, negatumque id est a Quintil. L. V.
Instit. Orat. c. u. & Cuhmeiso in notis ad eum p. 224. Conf. Fran-
cisc. Vavassor de dict. Iudicior. p. 14. Theon in Frogyymus in p. 22.
Vitam ejus descriptam nobis dedit Latine Camerarius, & Galli-
ce Meziriacus, & de illius sapientia Orationem habuit Boxhor-
nius. vid. Fabric. Biblioth. Græc. Lib. II. c. 9. Non immurito ve-
ro B. Lutherus has fabulas magni fecit, quod ille tum lectorem
suum voluptate haud mediocre afficiunt, tum etiam ad vitam
secundum Ethice doctrinæ regulas instituendam aliqua ex parte
facere queunt. De usu harum fabularum conf. Gellii Noct. At-
tic. Lib. II. c. 29.*

§. XXXIV.

Sed progrediendum nunc est ad Poetas, utpote qui
omni quoque etate suos haberunt amatores, & non nisi eos
invenerunt osores, qui elegantioris literaturæ hostes se
profittentur. Certe enim alii eos, non quidem omnes Ger-
manicos, sed Latinos Græcosque legendos esse censem, bunt,
semperque in eorum lectione veluti in rosarum horto ver-
fari libi videbuntur.

§. XXXV.

Inter Poetas vero principem hic sibi vindicat locum
Homerus, quem Alexander M. tantopere in finu atque o-
culis gerebat, ut oblatum sibi de Darii suppellestile scrini-

G

um

um custodiae librorum ejus destinaverit, quinimo somnum capiens eos pulvinari suo repofuerit.

vid. Plutarch. in vita Alexandri T. VI. p. 1246. Plin. L. VII. Hisp. Nat. c. 29. conf. Idee generale des Etudes & des Bibliotheques p. 29.
Hinc Petrus Victorinus factum esse censit, quod a nonnullis di-
ctus fuerit Φιλόμων, qui Homero dilectus est, Lib. 31. var.
Lect. c. 19. Homerus, cuius de patria albus dubitatur, ante R.
C. CLX. vixit, teste Gell. L. 18. N. A. c. 21. Licit si multis vitis,
qua Chrysostomus Orat. XI. de excidio Ilii indicat, fuerit obru-
tus, sua tamen non defraudandus est laude, quam merentur car-
mnia elegantissima, & in Scholis sedula legenda. Tanto vero
erat in pretio, ut propter unius Homeri calumniam, cuius fla-
tuam flagris verberare tentaverat, Zoilus dignus sit habitus, ut
a Rege sapientissimo suppicio adficeretur. vid. Gyrald. de Poetis Hisp. Dial. I. Opp. T. II. pag. 31. Plura de eo vid. ap. Voss. de Poetis Gracis. Gell. Noct. Atis. L. II. c. n. Leon. Allat. c. 13–16. Elia-
ian. L. XIII. V. H. cap. 22. Strabon. L. XIV. f. 444. Fabric. Biblio-
th. Gr. L. II. c. 1. p. 253. & alios. Conf. Godofredi Kirbachii
Disp. de Homero, & Job. Georg. Dicterici Disp. de Philosophia
Homeri. De Oratoria ejus, qua pro Oratorum Parense habetur
a Voss. de nat. & confit. Rhet. c. 10. & ab Hermogene, praeftan-
tissimus Rhetor dicitur, vid. Clericus Art. Crit. T. I. p. 337. &
Kriegknius de peregrinat. Rom. Academ. p. 10.

§. XXXVI.

Claudius Cæsar Homeri versus tam familiariter no-

tos sibi reddiderat, ut data quacunque occasione eosdem

memoriter recitare valeret.

vid. Sveton. in vita ejus c. 20. p. m. 295.

§. XXXVII.

Alcibiades, belli Imperator fortissimus, Homerum magnopere admiratus est, quare cum aliquando in Scholam accessisset, Iliadis rhapsodiā quādam sibi expectauit, & Lundimagistro nullum se Homeri opusculum possidere affūmanti, durum ei pugnum inflixit.

vid. Elian. Lib. 13. Var. Hisp. c. 38.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Claudius Belurgerius infano quodam amore in Homerum serebatur, illumque non solum in manibus semper habebat, totum ediscebatur, in templo secum deferebat, ac sacrarum precum loco recitabat, sed & ipsos Trojæ campos vetustique Ilii loca, & omnem Græciam perlustrare ideo volebat.

Erat homo Gallus, & in Gymnasio Navarrae Parisis magnus Græcarum literarum restaurator. vid Erythraei Pinacoth imag. Lib. I. p. 206. Morhoff. Polyb. T. I. L. 7. c. 2. p. 336.

§. XXXIX.

Antonius Urceus ex antiquis solum fere Homerum aestimabat, eumque Amasium suum vocabat, jurejurando affirmans, illum non hominem, sed ex Diis unum suisse, qui olim vixerit inter homines, donec illa divina scripsisset carmina.

Hic postea Codri nomen assunxit, & Bononiae literas humaniores docens obiit, Vir in pangendis carminibus tam Græce quam Latine promptissimus. qui vero raro quempiam sui seculi laudabat, quanquam omni ex parte consummatissimum. vid. Vitam ejus a Bartholomeo Blanchino descriptam, & opusculis Antonii Codri Urcei Basileæ a. 1540. per Henricum Petrum impressis præfixam.

§. XL.

Plato Aristophanis Comedias multum aestimavit, mortuusque sub pulvinari suo repositas habuisse repertus est.

Ex Olympidori vita Platonis citat Menagius in libro Anti-Baillet P. II. p. 36. Poeta Comicorum nulli secundus, & aliorum lectio- ni jungendus, quem olim Athenienses ob mordax scribendi geni- tanti faciebant, ut huic uni in theatro applauderent, hujus uni- us nomen, orationem, vultum, incessum amarent. Quin Dari- ius Persarum Rex cognita e suis legatis Poeta hujus libertate, qua in depravatis hominum moribus reprehendendis utebatur, & laudasse Viri studium dicitur, & magno ipsum auriponde- re donasse, vid. Nicod. Frieschlini Praefat. ad Rudolphum Cesarem

DE LIBRORUM

52

Aristephani a. 1597. Erf. præfixam p. 5. Eo mortuo sequens in ipsius Epigramma compoſuisse dicitur Plato:

Αἰ χάριτές τοι μενός τι λαβέν ὄπεις γλυκί πεσσῆται

Τεττῆσσαι ψυχὴν ὁροῦ ἀγιστοφέλις.

vid. Fabric. Lib. II, Bibl. Græc. c. 21. p. 669.

§. XLI.

Itidem Johannes Chrysostomus Comedias Aristophanis diligenter lectitasse, & cubitus iturus pulvino suo subjecisse fertur.

vid. Menag. l. c. p. 48. De hoc Johanne, Archiepiscopo Constantinopolitano, magnum inter cruditos sententiarum divertium est, quando ipse nomen Chrysostomi inditum. Summe Rev. Ernest. Salomo Cyprianus anno ferme 630. cum demum sic appellatum fuisset; & Said ibe Batrick (quem citat summus Rev. Dr. D. Io. Clodius, Vir in omni literatura ac præcipue in Linguis Orientalibus multo versatissimus, cuius sacerdotii DEus amplius vires addat!) in Disp. Synod. a. 1704. hab. de eo, quod Patrono Ecclesiæ debeat Minister, §. 10. p. 23.) T. I. Annal. pag. 547. narrat, suminam quandam solatio ab ipso recreata ipsi, cum in vicis adhuc esset, hoc nomen dedisse. Vocatus autem est Χειρόσομος ob aureum eloquentie fumen, unde aureum os spiritus a Leone Imperiali Confit. 88. & a Greg. Nysseno L. de S. Trinitate adversus Judæos divinus Orator appellatur. Ejus comparatio cum Cicerone & Demosthene, quodque ambos pietate sapientia & eloquentia superaverit, vid. ap. Possevin, in Biblioth. dect. L. 18. c. 13.

§. XLII.

Seleucus Nicator ita delectatus est Hesiodi scriptis, ut etiam mortui eius capituli apposita fuerint inventa.

vid. Photius Lib. V. Cod. 190. Vellej. Lib. I. c. 7. Hesiodus, qui in Africæ pago ad Heliconis radices habitavit, prudens Oeconomus fuit, primusque omnium de agricultura præcepisse dicitur. vid. Plin. Hist. Nat. L. 18. c. 24. Conjugii oforem suisse vel exinde patet, quod dicat, Jovem dedisse Viris mulieres ζυνθοῖς ἔργον ἀγαλλίων, socias & participes difficultum laborum, sed ut κηφήνας τοῖς μελισσαῖς sucor apibus, in Theogon. v. 525. Recte & Jos. Scaliger verutissimum ut rerum Astrologicarum, ita The-

ologiae



ologiae veterum Græcorum interpres vocatur. Sicut sit viro de Diis gentilium pro more seculi sui immeritis de Deo vero ignorantie tenebris obtutus, quod Pythagoræ occasionem fingendi expeditavit; se vidisse animam Hesiodi apud inferos columnæ xixæ adstrictam, & propter ea, qua de Diis finxerat, stridentem, teste Laertio L. VIII. c. 21.

§. XLIII.

Erasinus Roterodamus Venusinum illum Olorem Horatium assiduis terebat manibus, accurateque tenebat memoria

vid. Balbin. Vergin. c. V. p. 128. & Clarm. P. I. p. 18. Q. Horatius Flaccus A. U. C. 689. natur., & a. 746. mortuus est. In ejus sane Carminibus Charites atque Veneres se totas abluerunt, ita ut seavitas cum utilitate certet, eaque lectorem suum suis illecebris semel irretitum nonquam dimittant. Quod quidem aliter v. sum fuit Job. Ciampolo, qui Horatium & Virgilium homines esse nullo ingenio, nulla eruditione, nullis literis dixit, sed puerorum similes, qui primum in Scholis versus facere discant. Erythr. Pincob. imag. P. II. n. 19. Sed is Lyricorum Phanix babebitur, & propter abstrusa Græcarum venustatum copia per me astimabitur, donec artes vigebunt.

§. XLIII.

Vitus Ludovicus Seckendorffius, Vir nobilitate generis, eruditio ac pietatis perillustris, magnus Horatii amator existebat, eumque totum ferme memoria tenebat.

Hic a. 1626. natur. est, & a. 1692. decepsit. Fuit Potentissimo Borussiae Regi a consiliis intimis, & Academia Fridericianae Cancellarius, cuiusque vitam prolixè descriptam invenies in Praef. aurei eius Commentarii de Lutheranismo. Conf. Clarm. P. VII. p. 165. Malcomes. in notis ad Comment. Wef. Ludwig. p. 16. lit. H. cum Virum magni nominis, & in ipso aulicarum ac politicarum rerum usu versatissimum appellat.

§. XLV.

Germanus Valens Pimpontius Virgilium a puero semper in deliciis habuit, unde & non scholis solum atque notis, verum etiam accurata diligentique Græcorum cum

Latinis collatione obscurioribus Poetæ hujus locis lumen afferre contendit.

Erat Aurelia Episcopus, Vir ingenio mire secundo atque valido. Sammarth. Lib. II. Elog. p. 138. Lyricorum Principi merito adjungo Poetarum Latinorum Coryphaeum Virgilium Maronem, qui in agro Mantuano A. U. C. 685. natus & Brundisii a. 735. mortuus est. Augusti ac Macenatis favorem plane insignem ex periebatnr, ita ut per omniem vitam haberet, unde se aleret; Et ab Alexandro Severo Imp. tanti estimabatur, ut imaginem ejus cum Ciceronis simulacro in secundo larario haberet, teste Lamprid. in vita ejus c. 31. Quin Mantuani statuam ipsi erigebant, quam postea Carolus de Malatefis e superstitione tolli curavit. Voss. de Poet. Lat. p. 238. Et sane meruit hunc honorem tum ob Poesiu elegansissimam, tum ob verecundiam, qua Partheni non men obtinuit, tum ob singularem animi candorem. Habest quidem fabulas carminibus suis admixtas, quare & ipsi tam minus favendum videtur, quam illi Zecharias Pontifex excommunicationis fulmen minabatur, nisi sententiam suam de Antipodibus mutatus esset; & Purpuratorum Patrum quidam Franciscum Petrarcham, quod Virgilium legebat, apud Innocentium VI. Pontificem magis incusabat. Sed ob Romanii eloquii ubertatem pulchrasque res omnino diligentissime legendus est, utpote qui Eusebii effato ξοχώτας οὐκανάτη λαγκόντας, & Vir non mortali, sed divino ingenio est.

§. XLVI.

Andreas Naugerius, nobilis Venetus, tanti estimabat Catullum, ut recurrente quotannis geniali die manibus eius annuum sacrificium accendere solitus fuerit.

E. Jovii elogis citat Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. 20. p. 462. C. Valerius Catullus in peninsula Sirmione locus Bonaci in agro Veronensi A. U. C. 668. natus, & circa a. 705. mortuus est. Poeta fons vis ac venustus, sed ob jocos veneros non laudandus, juventutique caute legendus. Plura vid. ap. Fabric. l. c. L. I. c. 5. & Voss. de Poet. Lat. cap. i.

§. XLVII.

Janus Dousa Propertium amabat, totasque ex eo Elegias recitabat; quinimo Juli Cæsaris Scaligeri, Sannazarii, Pontani & aliorum carmina ad verbum memoria tenebat.

Sex-

Sextus Aurelius Propertius, Umber, Poeta itidem amorum lascivia suspectus, sed in carmine facilis, versus ac ita elegans, ut Turnebus versus eius dicunturibus Gratios exceptos fuisse existimaverit Lib. XI. Advers. c. 15.

§. XLVIII.

Petrus Gassendus totum Lucretium memoria tenuit, & ne quid excidat ipsi, centum quotidie versus recitavit.
vid. Prefat. Versionis Gallica Anacreonis & Sapphonis, ed. Rot. 1712.

§. XLIX.

B. Luther impensè estimabatur Terentius, quem duorum mensium spatio bis legendo percurrebat.

vid. Basili Fabri Prefat. ad librum de Synonymia Terentii.

§. L.

Julius Cæsar Scaliger senio confessus Terentium nunquam e manibus depositus, inque eo tantus sibi delicias reperire vix est, ut nulla nunquam satietate caperetur.
vid. Crucis Epistol. L. III. p. 282. & Triss. Elog. Thuan. P. II. p. 145.

§. LI.

D. Johannes Metzler, Hungarus, Terentii quoque Comedias continuo lecitabat, ita ut nec de mensa unquam seponeret

vid. Adami in vita J. Ctorum. f. 32. Erat hic Uratislavia in Gymnasio Elisabethano Professor juris.

§. LII.

Similiter illustris Seckendorffius Lucani Pharsalicam in itineribus suis habuit comitem, ejusque lectione & tempus contrivit, & edendi cupidinem nonnunquam sedavit.

§. LIII.

Ælius Verus Imp. Ovidii libros Amorum assidue in lecto fecum habuisse, magnaque attentione perlegisse dicitur.

v. El. Spartan. in vita ejus cap. 5. P. Ovidius Naso Sulmone in Perligis A. U. C. 711. natus, Imp. Augusto invisus, & ab eo in exiliu missus fuit. vid. ipsum L. II. Trist. v. 207. f. 7. Fabric. Bibl. Lat. L. I. c. 15. Poetarum Elegiacorum facile est Princeps, unde ob versus puròs pronoque aliciquid quasi alveo profuentes Poetarum quidam Cicero audit. Erasmo in Dialog. Cicer. p. 147. & Baclerus in Bibliographia sua libros ejus Fastrorum juventuti prima vice proponendos censet.

§. LIV.

§. LVI.

Mazarinus Cardinalis Senecam Tragicum diligentissime legit, & aliquando confessus est, tam accurate fese hæc carmina legisse, ex quo in aula versatus sit, ut bonam eorum partem recitare velit.

vid. Naudæus in Dialog. le Mascurat, p. 184. L. Anneus Seneca, Philosophus & Poeta præstantissimus, Neronis Praeceptor, a quo vita discedere jussis, ferro fibinetipis in balneo venas exsolvit, haustoque veneni poculo, quod a Statio Anneo, Medico & amico suo, expetierat, magna cum constantia obiit. vid. Tacit. Annal. L. XV. p. 375. s. Sveton, in Ner. c. 35 Voss. de Poet. Lat. c. 3. p. 49. Fabric. Bibl. Lat. L. II. c. 9. p. 357 Quod stylum ejus concernit, Dempsteri atque Borrichii testimonio purus, gravis sono, spiritu & majestate plenus est.

§. LVII.

His subjungo adhuc elegantissimas lectuque jucundissimas Phædri fabulas, quas summus militiae Praefectus Electoris Brandenburgici, de Flemming tantopore adiunxit, ut eas in itinere secum circumferret, totasque ex illis sententias recitaret.

§. LVIII.

Latisimum mihi exemplorum campum materiæ hujus jucunditas aperit, sed dum cavendum est, ne justos limites ulterius excedam molestusque forstian fiam narratione prolixiori, idcirco hæc in præsenti allata sufficiant. Te interim, L. B. obnixe rogo quesoque, ut errores, si qui irrepsierint pro benignitate ac humanitate Tua corrigas, atque, si hæc instituti nostri ratio Tibi aliqua ex parte placuerit, plura, quæ adducenda restant, a me quamprimum expectes. Vale & studiis nostris quantuliscunque favet.

EPISTOLA.

I. Libri obscenæ Republica Christiana eliminandi. II. Magnum ejus prejudicium in Scholis, ad Latinam Linguam addicendam plurimum conferre phrasum collectarum copiam. III. Oratoria magnum adminiculum est Poesis. IV. Male in Scholis Germanica Poesis Latinae preservetur. VI. Omnes hominum aëliares proficiuntur, ex amore V. Probabile est, Deum per ignem et cælo dimissum indicasse, se sacrificio Abelis delectari.

ULB Halle
007 762 003

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	0
Centimetres	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

RCITATIO HISTORICO-LITTERARIA
DE
DITIS SINGVLARIS
VIVSDAM LIBRI
AATORIBVS,
EX BENEVOLO CONSENSV
E FACVLTATIS PHILOSOPHICÆ
P R A E S E S
ANNES FRIDERICVS
OMMERLATTIVS,
Mühlb. Misn.
PUBLICAE VENTILATIONI
A. O. R. MDCCXV. D. XX. FEBR.
H. L. Q. C.
S V B M I T T I T
RESPONDENTE
GIO ERNESTO WALCHIO,
Meinung. Franc.
LIPSIAE,
ERIS ANDR. MART. SCHEDLI.

